locis maxie ſenſibilibus : ſunt maximũ
dolorẽ cauſantes. Et qꝛ totꝰ ſenſus cor
poris eſt ab aia: ideo ſi in ipſam aiam
aliquod leſiuũ agat de neceſſitate op3
ꝙ maxime affligaꝶ. Qd aũt aia ab igne
corporali patiaꝶ ad preſens ſupponitur
hoc eñ ſanctus Tho.iiij.di.xliiij.i fine
diſtinctionis pulchre ꝓbat. Et hoc pꝫ
ex ſnia dñi. Mat.xxv. Jte maledicti in
ignẽ eternũ q̃ patꝰ eſt diabolo ꝛ ãgelis
eiꝰ. Et iõ pꝫ ꝙ pena purgatorij q̃tũ ad
penã dãni ꝛ ſenſus excedit oẽm penam
iſtius vite. Quidã aũt aſſignant rõnem
ex hoc ꝙ aia tota puniꝶ:nõ aũt corpus.
Sed hoc nihil eſt qꝛ ſic pena dãnatorũ
eẽt minor poſt reſurrectionẽ q̃ añ: qd ẽ
falſum. Hec ſctũs Tho.vbi.ſ. Stultum
igiꝶ eſt vſq3 ad purgatoriũ differre pe=
nitentiã ꝛ ſatiſfactionẽ. Purgaꝶ aũt in
purgatorio.vt dicit ſctũs Tho.vbi.ſ.q
j.ar.j.q.v.electi ſola diuina iuſticia: nõ
miniſterio demonum quoꝝ victores ex
titerũt:nec miniſterio angelorũ q̃ ciues
ſuos nõ tã vehemẽter affligerẽt. S3 tñ
poſſibile eſt ꝙ eas ad loca penaꝝ dedu
cãt.ꝛ etiã ipſi demones q̃ de penis ho=
minũ letãtur eas cõcomitanꝶ ꝛ aſſiſtunt
purgãdis:tũ vt eorũ penis ſatieꝶ:tũ vt
in earũ exitu a corpe ſuo aliqd ibi repe=
riant.hec.ſ.Tho.vbi.ſ. De iſtis etiam
dicit chriſtꝰ angelis. Dicite filie ſyõ ꝛc.
pro earum conſolatione. Deo gratias.

¶ Dñica prima aduẽtus dñi. Ser.iiij.

ITe in caſtel/
lũ qd cõtra vos eſt. Mat.
xxj. Sermo noſter eſt quo
mõ oportet nos parare in
hac vita vt vadamus ad
gl'iam eternã finaliter. Materia erit vti
lis ꝛ ꝓficuoſa:ſed vt ſit deo acceptabiꝶ
et gratioſa ſaluteꝶ ꝟgo maria glorioſa
Jte in caſtellum ꝛc. Hoc ꝟbum ad lraꝫ
dixit xp̃s duobus diſcipulis ſuis quos
mittebat in hierl'm di. Jte in caſtellũ ꝛc.
xp̃s ciuitatẽ hierl'm vocabat caſtrum:qꝛ
habebat cõditiones caſtri ad lrãm quã
tũ ad ſitũ:ꝛ quãtũ ad fortitudinem ma=
gnã quã habebat in muris:turribꝰ.for=
talitijs ꝛ huiuſmodi:ꝛ erat in alto poſi
ta ad inſtar caſtri fortiſſimi ꝛ q̃ſi inex=
pugnabilis.iõ dicit. Jte in caſtellum qd
ↄtra.i.añ vos eſt. S3 ſp̃ualr maxie ana=
gogice ab ana qd eſt ſurſu3 ꝛ agoge du
ctio:quaſi ſurſu3 ductio. celeſtis gr̃a dr
caſtrũ ſiue ciuitas ꝓpter tria:vel ꝓpter
tres proprias conditiones caſtri.

Pria qꝛ caſtrũ eſt citũ in loco alto et
eminẽti ſ3 nihil creatũ ẽ altiꝰ celo ẽpireo
Scda qꝛ caſtrum eſt inexpugnabile.
Tertia qꝛ ẽ ꝓuiſũ d oibꝰ neceſſarijs.

¶ Primo eſt in alto poſitu3. Pdõ.ps.xc.
Altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Nota al
tiſſimũ. Alti ſunt montes ꝛ elemẽta:ſed
altiores ſunt celi lune: mercurij ꝛc. ſ3 ſu
per oẽs altiſſimũ eſt celũ empireum in=
tantũ ꝙ phiſici nõ puenerũt ad eius co=
gnitionẽ:qꝛ nõ potuerũt tantum aſcen=
dere. Dicit ſctũs Tho.ij.ſcrip.di.ij.q.ij
ar.j.vbi querit. Vtrũ celũ empireum ſit
corpꝰ:ꝙ celu3 empireũ rõne inueſtigari
nõ poteſt:qꝛ quicqd de celo cognoſcimꝰ
hoc eſt aut per viſum aut ꝑ motũ. Celũ
autẽ empireũ nec viſui ſubiacet nec mo
tui:vt habeꝶ in lrã.ij.ſniarũ.di.ij. ſed ꝑ
auctoritatẽ eſt habitu3 ꝛ eſt corpꝰ illud
qd p̃ncipaliter ordinatũ eſt vt ſit habi=
tatio btõꝝ.ꝛ hoc magis ꝓpter hoies q̃
rũ corpa gl'ificabunꝶ:qbꝰ locꝰ debeꝶ q̃
ꝓpter ãgelos q̃ loco nõ idigẽt. Et qꝛ il=
la gl'ia excedit inueſtigatiõe3 humanã:
iõ etiã celũ empireũ:ꝛ eſt celũ empireu3
corpꝰ ſm ꝙ dr.ij.ſen.di.ij. intellectuale
et intelligibile ꝛ nõ viſibile:qꝛ nõ ſubia
cet nr̃o viſui.ſ3 intellectu tñ capiꝶ: ꝛ eſt
immobile. Et iõ phi ipm nõ cognouerũt:
vt dicit.ſ.Tho.vbi.ſ.i ſolutiõe ad q̃rtũ.
nec aliquã de eo mẽtionẽ fecerũt:qꝛ nec
motui nec viſui ſubiacet.item celũ empi
reũ:vt dicit.ſ.Tho.vbi.ſ.ar.ij.ẽ icorru=
ptibile:imobile ꝛ lucidũ:qꝛ cũ ois res de
termieꝶ a fine:o3 ↄditiões celi ẽpirei ac
cipe ſ3 ꝙ ↄuenit ſtatui btoꝝ ꝑ q̃s fctm
eſt. Et qꝛ illi ſũt i plena ꝑticipatiõe eter
ne lucis q̃eti ꝛ eternitati.iõ decẽ ẽpireũ ce

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

lū lucidū imobile: ⁊ icorruptibile eē. Un
ij. ſen. di. ij. i lr̃a dr̃ q̄ dr̃ ēpireū nō ab ar
dore ſʒ a ſplēdore. Dr̄ ēt q̄ a volubilita
te mūdi ſecretū ē: vt dr̄ ēt q̄ nō hʒ ardo
rē nō aūt dr̄ lucidū hoc modo q̄ radios
ſuos emittat nr̄o ſenſui viſibiles: ſʒ qr̄ i
natura ſua lucē hʒ eo q̄ ē maxime for
male. Hec. ſ. tho. vbi. ſ̄. Itē. j. pte. q. lxvj.
ar. iij. Scdo ē iexpugnabile. Dauid. Nō
accedet ad te malū. ſ. culpe. ⁊ flagellum
nō approp̄inq̄bit tabernacl'o tuo. pſ. xc
Tertio ē ibi oiʒ bonoꝝ ꝑuiſio. Un̄ boe.
iij. d̄ ꝯſo. phie dicit q̄ btitudo ē ſtat⁹ oiʒ
bonoꝝ aggregatiōe pfect⁹. Dr̄ ēt gl'io
ſa ciuitas ſignata p ciuitatē hierl'm: eo
q̄ hēbat mltas libertates ⁊ caput ⁊ mr̄
erat aliaꝝ ciuitatū. Ita ēt gl'ia celeſtis
Auctoritas. Illa q̄ ſurſuʒ ē hierl'ʒ libe
ra eſt q̄ ē mr̄ nr̄a. ad Ga. iiij. Pʒ ergo rō
q̄re gl'ia celeſtis dr̄ ciuitas vl' caſtellum
de q̄ anagogice dicit xp̄s in themate ol
bus nobis. Ite i caſtellū. q. d. i hoc mū
do nō poteſtis diu ſtare: imo oʒ nos hi
tatione mutare: qr̄ nō hēm⁹ h̄ manētē ci
uitatē ſʒ futurā inq̄rimus: vt dicit apl's
ad heb. xiij. Iō dicit. Ite ſcʒ p bona opa
p paſſus v̄tutū in caſtellū. ſ. gl'ie celeſtis
qd̄ ꝯtra vos ē. Sʒ q̄re dixit qd̄ ꝯ vos eſt
nūq̄d gl'ia celeſtis ē inimica nr̄a. Nō iux
ta hoc inuenio in ſacra ſcriptura q̄ gl'ia
celeſtis ē ꝓ aliq̄b⁹ ⁊ eſt ꝯ aliq̄s. Primo
gl'ia celeſtis eſt ꝓ inocētib⁹ i baptiſmo
purificatis. Scd̄o gl'ia celeſtis ē ꝯ delin
quētes criminal'r alienatos. Dico p̄mo
⁊c. qr̄ ipi nūq̄ peccauerūt nec corde ma
le cogitādo nec ore male loquendo: nec
ope ꝯ deū: nec ꝯ p̄ximū. iō celeſtis gl'ia
eſt ꝓ iſtis. Rō pʒ p rl'aʒ phie. iiij. phiſi.
qr̄ loc⁹ ⁊ locatū debēt ꝓportionari: vl' q̄
libet loc⁹ ꝯpetit locabili ſibi nō ꝯtrario
ſʒ ꝓportionato. Vbi gr̄a. Mare ſiue aq̄
maris ꝯpetit piſcib⁹: qr̄ ille loc⁹ eſt eis
naturalis iuxta eorū ꝓprietates ⁊ ꝯdi
tiōes. aer aūt eſt ꝓ auib⁹. Terra v̄o ꝓ
aialib⁹: qr̄ hn̄t ꝯditiones ⁊ ꝓprietates
ſil'es loco. Nō videam⁹ ſi pueri nouiter
baptizati hn̄t qualitates ⁊ cōditiōes ⁊
proprietates ſimiles celo empyreo. et
apparet q̄ ſic: qr̄ celū eſt locus: habita
tio ſeu domus dei proprie. Licet enim
deus ſit in oi loco: tn̄ in celo maxie ma
nifeſtat gl'iaʒ ſuā ſanctis. Ideo dauid.
Ad te leuaui oculos meos. ſcʒ in orōne
qui habitas i celis. pſ. cxxij. Cū iſto lo
co dicti pueri hn̄t conueniētiā qr̄ p ſctm̄
baptiſmū facti ſunt filij dei ⁊ ſancte ma
tris eccl'ie. cū ante baptiſmū eſſent ſolū
filij ade. Dicit eīn. b. Aug. in lib. de ba
ptiſmo puuloꝝ. ⁊ hr̄ de ꝯſe. diſt. iiij. Ad
hoc valet baptiſm⁹ vt baptizati xp̄o in
corporent̄ vt mēbra capiti. De hoc di
cit. ſ. Tho. iij. pte. q. lxix. ar. v. q̄ icorpa
tio eſt effect⁹ baptiſmi. qr̄ p baptiſmum
aliquis regenerat̄ in ſpūalem vitā q̄ eſt
ꝓprie fideliū xp̄i. Uita aūt nō ē niſi mē
broꝝ capiti vnitoꝝ a quo motū ⁊ ſenſuʒ
ſuſcipiūt. Idē dicit. ſ. Tho. iiij. di. iiij. q.
ij. ar. ij. q. v. Et i ſignū q̄ ſunt filij dei dā
tur eis p baptiſmū matrine ⁊ patrini: qr̄
ſicut a parentib⁹ carnalib⁹ recipiunt eē
carnale: ita a parentib⁹ ſpūalibus reci
piunt eſſe ſpūale. Hereditas aūt pr̄is q̄
eſt celū optime ꝯpetit filijs ⁊ eſt ꝓ filijs.
Quis ergo ꝓhiberet filijs ne ingrederē
tur domū pr̄is eoꝝ. Iſta rōne dict' pue
ris locus paradiſi ꝯuenit. iō apl's dicit.
Ipſe ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi nr̄o q̄
ſum⁹ filij dei. Si aūt filij: ⁊ heredes. he
redes q̄dam dei: coheredes aūt xp̄i. ad
Ro. viij. Scd̄a ꝯditio celi eſt: qr̄ vbi eſt
plena ſctitas: nō eſt ibi aliqd̄ pctm̄: nec
actuale: mortale: ſeu veniale: nec origi
nale. Oēs ſunt ibi ſcti. Auctoritas. Ois
q̄ relict⁹ fuerit in ſyō ⁊ reſidu⁹ in hierl'ʒ
ſctūs vocabit̄ ois q̄ ſcript⁹ eſt in vita in
hierl'm. Eſa. iiij. Nota ois q̄ relict⁹ fue
rit. hoc dr̄ ꝓpter demones q̄ fuerūt crea
ti in celo: ſʒ propt̄ peccatū inde expulſi
ſunt ⁊ oēs āgeli q̄ ibi remāſerūt ſcti ſūt.
Iō dicit. Qui relict⁹ fuerit in ſyō. i. gl'ia
in qua de⁹ cōtēplat̄: ſctūs vocabit̄. Hāc
ꝯditionē hn̄t pueri nouiter baptizati q̄
oēs ſcti ſunt v̄tute baptiſmi: q̄ non ſolū
dictos pueros ſctificat ſʒ etiā adultos i
fideles niſi ficte accedāt ad eū. Iō dicit
apl's talib⁹. Templū dei ſcm̄ eſt q̄ eſtis
vos. j. ad Coꝝ. vj. Tertia ꝯditio celi em
pyrei ē pulchritudo corpalis q̄ tāta eſt
q̄ ſi a nobis mō poſſet videri: nolemus
comedere nec bibere ⁊c. Iō dd̄. Quā di
lecta tabernacula tua dn̄e v̄tutū cōcupi
ſcit ⁊ deficit aia mea i atria dn̄i. pſ. lxxx
iij. ita etiā aie dictoꝝ pueroꝝ tantā hn̄t
pulchritudinē q̄ ſi nos poſſem⁹ eas vi
dere: eſſem⁹ extra noſipſos pre admira
tione. Et in ſignū hui⁹ pulchritudinis



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ponit̃ eis cappa alba ĩ baptiſmo varia
ta picturis ⁊ornata. Itẽ dicit ſctũs tho.
iij. pte.q.lxvj.ar.x.ad.iij.ꝙ baptizatis
tradit̃ cãdida veſtis in ſignũ gl'ioſe re=
ſurrectionis ad quã hoies p̱ baptiſmũ
regenerant̃ ⁊ ad ſignificãdũ puritatẽ vi
te quã debent poſt baptiſmũ obſeruare
ſ̃m illud ad Ro.vj. In nouitate vite am
bulem⁹. Quarta conditio celi eſt . ꝙ ibi
eſt cõtinua claritas ⁊ eſt corp⁹ lucidũ ⁊
incorruptibile:lꝫ nõ emittat radios viſi
biles ſ̃ꝫ ſctm̃ tho.j.pte.q.lxvj.⁊.ij.ſcrip.
di.ij. Sec⁹ in hoc mũdo in quo diuidit̃
in diẽ clarã ⁊ noctẽ obſcuram:ſꝫ in celo
ſemp̱ lucet ibi ſol.nõ iſte ſol naturalis:
qꝛ ciuitas illa nõ eget ſole neqꝫ luna vt
luceãt iea. Apoc.xxj.ſꝫ illuminat̃ a ſole
iuſtitie xp̃o.de q̇ dr̃ virgini marie. Ex te
ort⁹ eſt ſol iuſtitie xp̃s de⁹ nr̃. Hãc ↄdi=
tionẽ ẽt hñt dicti pueri. Dicit phs.iij.de
aia.ꝙ aĩa ĩ ſua pma creatione ẽ tãq̃ ta=
bula raſa ĩ q̃ nihil eſt depictũ:ſꝫ in ba=
ptiſmo recipit claritatẽ ⁊ abũdãtia oim
ṽtutũ habitual'r. de q̇ ſctũs Tho.iij.p̱=
te.q.lxix.ar.v.vbi dicit q̇rundã repro=
bãs opiniões falſaꝫ.ꝙ neceſſe ẽ ꝙ pueri
in baptiſmo recipiãt ĩ fluxũ gr̃e ⁊ ṽtutis
⁊ hoc ꝓbat dupl'r.qꝛ pueri ſicut ⁊ adul=
ti ĩ baptiſmo efficiunt̃ mẽbra xp̃i vñ ne=
ceſſe ẽ ꝙ a capite recipiant ĩfluxũ gr̃e et
ṽtutis ſicut ⁊ demõ ꝓhibebat̃ ṽtute di
uina ab inueſtigatiõe ṽginitatꝭ btẽ ma
rie:nec nouerat diuinitatẽ xp̃i : ſꝫ ↄfite=
bat̃ ſuſpicãdo vt dicit ſctũs tho.iiij.ſcri.
di.xxx.q.ij.ar.j.⁊.iij.pte.q.xxix.⁊.xlj. et
xliiij.⁊.xlvij. Scd̃o qꝛ niſi pueri ĩ baptiſ
mo reciperẽt gr̃aꝫ ⁊ ṽtutes:pueri dece=
dẽtes poſt baptiſmũ nõ puenirẽt ad vi
tã eternã.qꝛ vt dr̃ ad Ro.vj. Gr̃a dei eſt
vita eterna:⁊ iõ nõ ꝓfuiſſet eis ad ſalu
tem baptizatos fuiſſe. Ideꝫ tenet ſctũs
Tho.iiij.ſcrip.di.iiij.q.ij.ar.ij.q̃ſtiũcu=
la.j. Sꝫ ĩpedit̃ a corpe:qꝛ nõ põt eas ſta
ti oñdere ſicut nec taſſea argẽtea ml'tũꝫ
lucida ⁊ clara ſub clamide abſcondita
nõ põt oñdere ſuã claritatẽ:ſꝫ ad ſolem
poſita fulget int̃m̃ ꝙ mirũ eſt ita ꝙ ob=
ſcurat viſuꝫ. Idẽ de aia pueri ſub clami
de carnis abſcondita ſꝫ a corpe ſepara
stati hꝫ tm̃ lumẽ ⁊ claritatem ſcie pluſq̃
habuerit aliq̇s vnq̃ ĩ hoc mũdo ⁊ in ſi=
gnũ hu⁹ claritatꝭ qñ pueri baptizãt̃ ac
cendit̃ lumẽ. Si ẽ q̇libet locus natural'r

cõpetit locabili ⁊c.iõ pñt dicere. Qui nõ
eſt aduerſuꝫ nos.ſ.loc⁹ celeſtis eſt ꝓ no
bis. Mar.ix. Iõ qñ tales moriunt̃ in ſta
tu innocentie baptiſmalis dr̃ eis. Ite in
caſtellũ qđ ꝓ vobis ẽ. Dicã vobis vnã
gratã hiſtoriã q̃ recitat̃ a trib⁹ euange.
Mat.xix. Mar.x.⁊ Luc.xviij. Semel cũ
xp̃s p̄dicaſſet poſt ſ̃monẽ gẽtes ex de=
uotiõe portabãt filios ſuos ad xp̃m vt
eis daret ſuã bñdictiõeꝫ ⁊ tot veniebãt
ad eũ ꝙ dicit text⁹ q' diſcipl'i icrepabãt
eos ⁊ ꝓhibebãt ne xp̃o appropinq̃rent
hoc vidẽs xp̃s ĩdigne tulit ⁊ dixit diſci=
pl'is. Sinite p̱uulos venire ad me ⁊ no
lite ꝓhibere eos taliũ em̃ ẽ regnũ celoꝝ
dicit Mar. Et ãplexãs eos ⁊ imponens
man⁹ ſuas ſup̱ illos bñdicebat eos. No
ta cum dicit ſinite p̱uulos ⁊c. vbi ponit
tres clauſulas ſ̃ꝫ ꝙ ſunt tria magna im
pedimẽta volẽtib⁹ celũ ĩtrare. Primũ eſt
in morte in q̃ veniũt demones ſolũ ṽgo
maria obtinuit p̱ gr̃am ne venirent in
morte ſua vt pie credit̃:⁊ multi q̇ ĩ mor=
te credũt aſcẽdere in celũ:tũc capiunt̃ a
demonib⁹ ⁊ deſcendunt in infernũ ꝓpt̃
corũ mala ⁊ pctã:ſꝫ dicti pueri nõ timẽt
qꝛ tunc xp̃s dicere põt demonib⁹: ꝓdi=
tores ſinite p̱uulos venire ad me. De
multis aũt pauci ſaluant̃:qꝛ fere om̃es
ſũt aut ſup̱bi aut auari:aut luxurioſi ⁊c.
Nota dictũ archidiaconi lugdunẽſis.
ꝙ de.xxx.milib⁹ ſolum quinq̃ fuerunt
ſaluati:ideo gaudendum eſſet de morte
puerorum innocentiũ. Scd̃m impedimẽ
tum eſt poſt mortẽ in aere in medio re=
giõe vbi eſt maior multitudo demonũ:
et ml'ti q̇ forte euadũt pmũ ĩpedimẽtum
capi poſſẽt ĩ iſto ſcd̃o.ſ̃ꝫ ꝙ reuelatũ fuit
btõ ãtonio. De dictis pueris dicet xp̃s
demonib⁹ nolite ꝓhibere eos. Tertiũ
impedimẽtũ eſt in porta celi in qua por
tarij ſtricte examinãt:qꝛ multe aĩe non
ſolũ bone ſꝫ etiã male pmiſſone diuina
poſſũt venire vſq̃ ad portã. Auctoritas
Cum intrauerit paterfamilias.ſ.xp̃s in
die aſcẽſionis ⁊ clauſerit oſtiũ incipie=
tis foris ſtare ⁊pulſare ad oſtiũ dicẽtes
Dñe dñe aperi nobꝭ. Et rñdẽs dicet vo
bis neſcio vos vñ ſitis. Tũc icipietis di
cere. Mãducauim⁹ corã te ⁊ bibim⁹: ⁊
ĩ plateis nr̃is docuiſti. Et dicet vobꝭ ne
ſcio vos diſcedite a me oẽs operarij iniqta
tis Lu.xiij. Nota cũ dicit neſcio vos. Et

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

nãqd ſcit oia. dico q̃ xp̃s ſcit oia ſcia ſim plicis intelligẽtie: ſʒ nõ ſciẽtia approbationis. Sʒ de dictis pueris dicit xp̃s portarijs. Dimittatis ipõs itrare q2 taliũ ẽ regnũ celoꝝ. Ergo ite i caſtellũ qđ ꝓvobis eſt. Dico ſcđo q̃ glĩa celeſtis ẽ ꝯ delinquẽtes. Ratio fundat̃ ꝑ regulã phĩe dicẽtis. Ois loc⁹ eſt ꝯrius locabili cõtrarias q̃litates habẽti ad ipm̃. verbi grã. Aqua eſt auib⁹ loc⁹ cõtrari⁹ ⁊ aialib⁹: terra vero piſcib⁹ ex cõtrarijs qualitatibus. Modo videam⁹ ſi pctõres habent cõtrarias qualitates ⁊ cõditiões cõtra locũ celi. Pria cõditio celi vt dixi eſt: q2 locus habitatio eſt ⁊ dom⁹ dei ⁊ filiorũ ſuoꝝ. Sed peccatores nõ ſunt filij dei: ſʒ inimici ſʒ ſunt filij dei. Alia ratio iſtius eſt: q2 ꝭm ſctm̃ Tho. ſup Joã. xij. aliq̃s fit filius dei tripl̃r ꝭʒ triplicẽ aſſimilationẽ hois ad deũ. ſ. per gratiã: per perfectionẽ operũ ⁊ per gloriã. Et nihil hoꝝ habẽt peccatores: ergo nõ ſũt filij: ſʒ aliquo modo poſſunt dici filij ꝭm ſimilitudinẽ nature veſtigij ⁊ imaginis: non tñ gratie ⁊ glorie: q2 ꝭm ſctm̃ Tho. ij. pte q. xxxij. ar. ij. aliq̃s ꝭm iſtam quintuplicem ſimilitudinem dicit̃ filius dei: ſed tñ ꝓprie ꝭʒ illã triplicẽ aſſimil̃atiõnẽ hois ad deũ inimic⁹ dei eſt. q2 ꝭm ſctm̃ Tho. ſup Eſa. l. Homo ꝑ pctm̃ vẽdit quattuor per que incurrit̃ inimicitia dei. ſ. animi ꝟtutẽ celeſtẽ hereditatẽ: anime libertatem. ⁊ diuini amoris honorẽ. tñ ex pctis facti ſũt ei inimici. q2 q̃ntomagis augmẽtant̃ ⁊ creſcũt i corpore vl̃ ſciẽtia vel potẽtia vel officijs: tãto ſunt peiores in cõ ſciẽtia Supbi pſumptuoſi nolẽtes obedire p̃ceptis dei ſunt inimici dei. Auctoritas Inimicos meos illos qui nolunt me regnare ſuper ſe. Luc. xix. Uerbũ eſt xp̃i. Patet ergo q̃ habẽt cõtrariã qualitatẽ. Scđa conditio celi eſt: q2 eſt locus ſanctitatis vt dixi. ſed pctõres ſunt maculati corrupti ⁊ abomiabiles facti. eſa. j. Ue gẽti peccatrici populo graui iniq̃tate: ſemini nequã: filijs ſceleratis. Dereliquerũt dñm ⁊ blaſphemauerũt ſctm̃ iſrael: alienati ſunt retrorſum. Nota: ve genti peccatrici quantũ ad pctm̃ ſuperbie: populo graui iniq̃tate: quantum ad auaritiã: ſemini nequã propter luxuriã: filijs ſceleratis quantũ ad inuidiã: dereliquerũt deũ ꝓpter gulã. blaſphemauerunt ſctm̃ iſrael ꝓpter irã. alienati ſunt retrorſuʒ ꝓpter accidiã. Tertia cõditio celi eſt pulchritudo: ſʒ pctõres ſunt imũdi ⁊ turpiſſimi: intantũ q̃ q̃n aia pctõris venit ad portã paradiſi poſſunt angeli ⁊ ſcti clamare ad infernũ de q̃ Hiere. ij. Quã vilis facta eſt nimis iterans vias tuas. ſ. pctoꝝ ⁊ ab egypto cõfunderis ſicut ꝯfuſa es ab Aſſur dicit dñs. Quarta ꝯditio celi eſt q̃ celũ eſt clarũ: ⁊ pctõres ſunt tenebroſi. Pſ. Neſcierũt neq̃ itellexerũt: in tenebris ambulãt. q2 ꝭm ſctm̃ Tho. ſup Joã. v. Effect⁹ peccati i mẽte eſt quadruplex. ſ. ifirmitas: cecitas: iſtabilitas: ⁊ indeuotio. Et quattuor vulnera ſunt cauſata in aia ex pctõ. Et de p̃mo ⁊ ꝯſequẽter ex alijs pctis. ſ. ifirmitas in iracibili ꝯcupiſcẽtia icõcupiſcibili: ignorãtia ſiue cecitas in ratione ⁊ malitia in volũtate: ad que ſequunt̃ alia duo mala ſcʒ dolor ⁊ error. pria ſcđe. q. lxxxv. arti. ij. Et etiã ꝭm ſctm̃ Tho. pſ. l. Mali nõ cognoſcũt ſua pctã triplici rõne. ſ. cecitatis: obliuionis: ⁊ adulatiõis. Jtẽ in celo eſt maxima pax ⁊ cõcordia q̃cq̃d placet vni ⁊ alteri. Sed pctõres ſemper ſunt in guerra vel cõtra primũ: vel cõtra p̃reʒ mr̃eʒ: vxorẽ filios ⁊ fratres ⁊c. Nota hic ꝭm ſctm̃ Tho. ſup Eſa. lix. Peccatũ cauſat quadruplicem diuiſionẽ. diſcordie a primo cõtrarie effectiõis a ſeipſo: auerſiõis a deo: ⁊ diſſimilitudinis a ſanctis. Jtẽ dicit ſctũs Tho. ij. ij. q. xxix. arti. ij. ad tertiũ. q̃ pax vera eſt tm̃ i bonis ⁊ bonoꝝ: apparẽs aũt i malis. Jtẽ ad quartũ dicit q̃ pfecta pax eſt tm̃ in beatiſ: ſed impfecta eſt in viatorib⁹. ideo quilibet pctõr põt dicere. Qui nõ eſt mecũ. ſ. cõcorditer ꝯ me eſt. Mat. xij. Licet ergo locus celi empyrei nõ ſit ꝓ pctõribus immo ſit cõtra eos: vt probaui: nihilomin⁹ tñ ne deſperent dicit ei xp̃s in themate. Jte in caſtellũ qđ ꝯ vos eſt: quaſi dicat. Jte queãdmodũ vadũt pctõres ⁊ gẽtes armoꝝ ad capiẽdũ caſtrũ eis cõtrariuʒ vi armorũ. ita etiã capi põt caſtruʒ celi. Hoc nõ auderẽ dicere niſi q2 xp̃s dicit. A diebus Joãnis baptiſte vſq; nũc regnum celorũ vim patit̃ et violẽti rapiũt illud Mat. xj. Hec violẽtia fit per penitẽtiam qđ innuitur ibi. A diebus Joãnis baptiſte. q2 ille qui primus p̃dicauit qđ regnũ celoꝝ põt haberi ꝑ penitẽtiã fuit



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



the. Ideo cepit pdicare ⁊ dicere. Penitē
tiam agite. appropinquabit eñ regnuꝫ
celoꝝ. Mat. iij. iō tāq̃ boni bellatores
debemus obſidere caſtrū celi ⁊ ipm in-
pugnare. Primo cū bōbardis qđ fit per
lamentabilē confeſſionē: ſicut in bōbar-
da eſt foramē vbi ponit̃ puluis: ⁊ magi
ſter mittit ferrū ignitū ⁊ puluis inflam-
matur ⁊ lapis ſic mittit̃ contra caſtrū ⁊
capitur. Iſto modo in ꝯfeſſione foramē
vbi eſt puluis niger ⁊ fetidus pctōꝝ eſt
cor vel memoria ibi debēt ꝯgregari pec
cata. Ferrū ignitū eſt cōpūctio ſeu con-
tritio cordisq̄ a magiſtro ſeu a ſpū ſācto
mittit̃ ⁊ inflāmatur cor. ⁊ tūc proijcitur
lapis magn⁹ peccati mortalis ⁊ pforat̃
murus paradiſi. Propter hoc dicit Iob
Tedet animā meā vite mee: dimittā ad
uerſuꝫ me eloquiū meū: loquar. ſ. in cō-
feſſiōe i amaritudine aīe mee. Iob. xiiij.
Scđo trabucādo p ſecretas miſeratio-
nes. Trabucc⁹ ēt lapides mittit ꝯtra ca
ſtruꝫ: ſed nō cū clamore nec ſonitu ſicut
bombarda: ſed ſecrete. Sic etiam eſt de
elemoſyna q̄ ſecrete ē faciēda. Cōfeſſio
dꝫ fieri cū clamore ⁊ tumultu gemituūꝫ
⁊ ſuſpirioꝝ: ſꝫ elemoſina ſecrete mitten
do vicine paupi vidue ⁊c. panē vl' vinū:
vel veſtē: vel pecunias captiuis vl' puel
lis dando dotem. x. florenos vel. xij. ſic
diruitur turris muri paradiſi. ideo xp̄s:
Cuꝫ facis elemoſynā: noli tuba ante te
canere ſicut hypocrite faciūt. Te aūt fa
ciente elemoſynā: neſciat ſiniſtra tua q̄d
faciat dextera tua. Mat. vj. Tertio bali
ſtādo per efficaces oꝛ̃ones. vnde os no
ſtrum ad inſtar baliſte eſt factū duoꝝ li
gnoꝝ. Arc⁹ baliſte eſt lingua. Sagitte
vero oratio. Et ligнuꝫ per mediū arcus
eſt rectitudo oꝛ̃onis. Ideo auiſo cogitā
do cū quo loqueris in oratiōe qꝛ cū xp̄o
dicēdo. Pater noſter. vel cū virgine ma
ria dicēdo Aue maria ⁊c. Cogitādo q̄
vides xp̄m in cathedra ſedentē iratum
contra te: ⁊ ſic mittit̃ ſagitta deuote ora
tiōis. ⁊ vulnerat̃ xp̄s vel ꝟgo maria. qđ
vulnus bene placet eis. ⁊ tūc lꝫ eſt irat⁹
cōtra te ex peccatis tuis: parcit ⁊ remit
tit tibi peccata dicens vulneraſti me: iō
parco tibi. Ideꝫ de virgine maria. ideo
de ſagitta deuote oꝛ̃onis dicit ſcriptura
Oratio humiliātꝫ ſe nubes penetrabit.
Eccli. xxxv. Quarto ſcalando caſtruꝫ p

ſcalā virtutū aſcēdēdo ad inſtar homi-
num armoꝝ qui cum ſcala aſcendunt ſe
crete: ⁊ quando ſunt ſuperius clamant
fortiter viuat viuat. Ita bona vita ⁊ vir
tuoſa eſt ſcala cuius gradus eſt humili
tas: caſtitas: paupertas: temperātia: iu
ſticia. ⁊c. Ideo dñs. Cōſurgite et aſcen-
dite ad gentem quietem et habitantem
confidenter. Hiere. xlix. Nota exemplū
de Euſtachio et vxore: vt habetur in vi
tis patrum. ideo regnū celorum vim pa
titur. Matthei. xj. Qui potes capere ca-
piat. Matth. xix. Ergo ite vos peccato-
res per penitentiam ad caſtellum quod
contra vos eſt. Deo gratias.

Dñica prime aduent⁹ dñi. Sermo. v.

Hora eſt iā nos
de ſōno ſurgere. ad Rom.
xiij. ⁊ in epiſtola ⁊c. Pro hu
ius verbi declaratiōe ⁊ pre-
dicande materie introductione ſciendū
quod in ſacra ſcriptura ſtatus mortalis
peccati dicitur dormire: q̄diu enim ho-
mo eſt in peccato mortali: tandiu dor-
mit duplici ratiōe. Prima quia ſicut il-
le qui dormit nihil operatur nec loquit̃
aliquid: ſic nec perſona que eſt in pecca
to mortali nihil operatur meritorie: qꝛ
gratia eſt principiū merēdi remotū: cha
ritas vero proximū. iij. ſcrip. diſt. xxx. ſꝫ
talis caret vtraq̄. qꝛ lꝫ poſſet facere mul
ta bona opa de genere: qꝛ pctm̄ mortale
nō aufert homini liberū arbitriuꝫ: tamē
ex illis operib⁹ nihil lucrat̃ ꝓ gloria pa
radiſi. Licet eniꝫ ex ipſis lucret̃ bona tē
poralia. ſ. ſanitatē filios: honores: diui-
tias: ⁊ ex illis meretur exire de pctō mor
tali aliquo mō diſpoſitiue. vt dicit ſctūs
Tho. i. iiij. di. xv. q. j. arti. iij. q. iiij. ⁊. iij.
parte. q. lxxix. ar. vj. ideo qñ hō ſentit ſe
in pctō mortali nō debet dimittere bo-
na opera ſed magis augmētare: ſed nō
ſunt lucratiua gl'ie: qꝛ qñ in ſero mortis
homo venit ad cōptum cū xp̄o ipſe dat
retributionē ſolū ꝓ bonis operib⁹ factꝭ
in ſtatu gr̄e. qꝛ erunt viua per charitatē
ſm ſanctū Tho. ibidē. ſed de bonis opi
bus factis i ſtatu culpe nil retribuet: qꝛ
ſine charitate facta ſunt ergo mortua. ⁊
per cōſequēs nullo mō meritoria: ibidē
⁊c. qꝛ iaꝫ in hoc mūdo ipſe dedit retribu
tionē ꝓ illis: ꝑpter hoc dicebat xp̄s. ma

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

nete in me ⁊ ego in vobis:qꝛ qui manet
in me ⁊ ego in eo h̄ fert fructū multū:qꝛ
ſine me nihil poteſtis facere.ſ.meritorie
Joā.xv. Pro dictoꝝ itelligētia nota dif
ferētiam inter opa viua mortua ⁊ morti
ficata. Nam illa opa hoīs ꝓprie dicunt̄
viua.vt dicit.ſ. Tho.iiij.ſcrip.di.xiiij.q.
ij.ar.iij.q.ij.que hoīem ad eternā vitaȝ
ꝑducere poſſunt:qꝛ oīa illa dicunt̄ viue
re q̄ habēt debitā opationē vel effectū:
⁊ illa q̄ ꝑuant̄ hac dicunt̄ mortua: ſicut
dicim⁹ aquā viuā q̄ eſt in impetu fluen=
di:ꝓprius aūt effect⁹ humanoꝝ operuȝ
eſt ꝙ ꝑ ea hō ad vltimū finē hūane vite
ꝑueniat.ſ.ad beatitudinem.idē dicit .ſ.
Tho.ij.parte.q.lxxxix.ar.iiij. ſic igitur
opa viua dicunt̄ q̄ fiūt ⁊ ſunt cū charita
te:ſȝ illa opa hoīs dicunt̄ mortua q̄ hoc
faciēdi poteſtatē nō hn̄t:⁊q̄ fiūt ſine cha
ritate.dicit eniȝ ſctūs Tho.ij. parte.q.
lxxxix.ar.vi.i ſolu.ad ſcōm ꝙ opa de ge
nere bonorū ſine charitate facta dicunt̄
mortua ꝓpter defectū charitatis ⁊ gra
tie ſicut principij.ſed opera hoīs dicunt̄
mortificata que hāc poteſtatē ꝑducendi
ad eternā vitā amiſerūt cū ꝑus eam ha
buerit:⁊ ſic opa mortificata dicūt̄ q̄ fiūt
cū charitate ſȝ nō ſūt cū ea ꝓpter ſeq̄ns
pctm̄ mortale.Et ideo opa bona ex cha
ritate facta in eo qui gratiā habet viua
ſunt.in eo aūt q̇ gratia caret:nō ex chari
tate facta mortua ſunt opa aūt prius in
charitate facta in eo q̇ gratiā dimittit ꝑ
pctm̄ mortificata ſunt qꝛ pctm̄ ſequens
impedit ꝙ hō ꝑ illa opa nō poſſit ad vi
tā itroduci.hec.ſ.tho. iiij.ſcrip.di. xiiij.
vbi.ſ̄. Nota ēt ſm̄.ſ.Tho.in.ij.pte.q.
lxxxix.ar.vi. ꝙ a pctis aliq̇d dr̄ mortuū
dupl'r.vno mō effectiue:qꝛ.ſ.eſt cā mor=
tis. ⁊ hoc mō pctm̄ ſiue opa pcti dicunt̄
opa mortua.ſȝ illud ad Heb.Sanguis
xp̄i emūdabit ꝯſciētias nr̄as ab opibus
mortuis ad ſeruiēdū deo viuēti.ad heb.
ix.Alio mō dr̄ opus mortuū ꝑuatiue:qꝛ
ſcȝ caret vita ſpūali q̄ eſt ex charitate ꝑ
quā aīa deo coīungit̄ ex quo viuit ſicut
corp⁹ ꝑ aīam ⁊ ſic opatio ſine gratia dr̄
opus mortuū.Et ꝑ hūc modū ēt fides q̄
eſt ſine charitate dr̄ mortua.ſȝ illō Jac.
ij.Fides ſine opib⁹ mortua eſt. Querit
ſctūs Tho.in.iiij.di.xv.q.i.ar.iij.q.iiij.
vtrū opa extra charitatem facta fiūt ali
cui⁹ boni meritoria ſaltē tpalꝫ. Ad quā
queſtionē reſpōdet ꝙ opa extra charita
tem facta nō ſunt meritoria ex cōdigno
neqȝ eterni neqȝ tpalis alicui⁹ boni apō
deū.dicit eñ Aug.ꝙ pctōr nō eſt dign⁹
pane quo veſcit̄:ſed qꝛ diuinā bonitatē
decet vt vbicūqȝ diſpoſitionē iuenit ꝑfe
ctionē adijciat.Ideo ex merito ꝯgrui dr̄
aliq̇s mereri aliq̇d bonū ꝑ opa ex chari
tatē facta. Et ſm̄ hoc opa iſta valēt ad
triplex bonū.ſ.ad tpaliuȝ conſecutionē:
ad diſpoſitionē ad gratiā:⁊ ad aſſuetu=
dinē bonoꝝ operū.cōcordat dn̄s Alber
tus in.iiij.di.xiiij.⁊.xv.Cōcordat ēt cuȝ
dictꝫ Raymūdus. Qꝛ tñ hoc meritū nō
ꝓprie meritū dr̄:ideo magis cōcedendū
eſt ꝙ huiuſmodi opa nō fiūt alicui⁹ me=
ritoria q̄ꝫ qd̄ ſint. Hec ſanct⁹ Thomas
vbi.ſ̄. De hoc etiā ſanct⁹ Thomas.iij.
parte.q.lxxxix.ar.vi.in ſolu. ad tertiuȝ.
Item.ij.ſcrip.di.xxvij.ar.iiij.in corpore
dicit ſctūs Thomas.ꝙ opa bona ante
donū gratie facta ꝑmio ſibi ꝓportiona
to nō carent.Cauſant eñ quandā habi
tudinē ad gratiā:⁊ ſecum etiā quandaȝ
honeſtatē ⁊ pulchritudinē habēt in qui
bus ꝑcidue eoꝝ premiū cōſiſtit. Et ali=
qua etiā per accidēs cauſant vt bonorū
temporaliū affluentiā aut aliq̇d huiuſ=
modi:qꝛ frequēter vt dicit Gre. De⁹ in
hoc mūdo remunerat qd̄ premiū future
glorie nō meret̄ vt ſic nullū bonum irre
muneratū inueniat̄.Hec ille. Scd̄a rō qꝛ
ſicut perſona que dormit nullū hȝ ſenti
mētum nec videt:nec audit:nec odorat:
nec tāgit:qꝛ oēs potētie ſenſitiue ⁊ intel
lectiue ſunt ligate. Ita de perſona q̄ eſt
in ſtatu peccati mortalis totū ſentimen
tum rerū ſpūaliū ꝑdidit.lȝ ſentiat ſapo=
res rerū tpalium:tñ nō videt periculum
in quo eſt propter pctm̄:nec audit deū ꝑ
verā obediētiā ad ei⁹ mādata:nec odo=
rat per deuotionē: nec tāgit ꝑ penitētiā
nec guſtat ꝑ cōionē. De his quere ꝑma
ſcd̄e.q.lxxxv.ar.iij. Aialis homo nō ſen
tit ea q̄ ſpūs dei ſūt.i.ad Coꝛ.ij.ſi ergo
perſona q̄ i pctō mortali eſt nihil lucrat̄
meritorie nec ſentit res ſpūales: ꝗ dor=
mit.ptȝ ratio ꝙ ſtatus peccati mortalis
dicit̄ dormire. Ideo ſicut homini q̇ diu
dormiuit dr̄.ſurge:qꝛ diu dormiuiſti:ita
dicit apl's cuilibȝ pctōri.ſurge q̇ dormis
⁊ exurge a mortuis ⁊ illumiabit tibi xp̄s
ad Ephe.v.Nota exurge a mortuis.i.a



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

peccatis mortalibꝰ ꝛ illuminabit tibi xp̄s
Quare dicit tibi ꝛ non te⸗ ꝛn̄deo regula
generalis eſt ſacre ſcripture: ꝙ vbi vide
tur incōgruitas: ibi eſt magnū ſecretū vt
hic qꝛ plꝰ eſt illuminare homini ꝙ̄ illu⸗
minare hoīem. verbi gr̄a. Deꝰ illumiat
ſolē ſed nō illuminat ſoli. i. non dat ſibi
lumē ad vtilitatē ſui ſed ad vtilitatē no
ſtraꝫ: ita multi ſunt illuminati a deo de
magna ſciētia vel de magno intellectu
ſed nō ad vtilitatē ſuā: ſꝫ ad deceptionē
alioꝝ. ſꝫ qn̄ de ſciētia ſeu itellectu ſciūt
ſe bn̄ regere i ſaluationē alioꝝ ꝛ ipoꝛuꝫ
tūc deꝰ illuminat eis. ſ. ad vtilitatē pro⸗
priaꝫ: ſed videꝛ incōgruitas. Ideo dicit
Aug. Indignū vehementer exiſtimo vt
v̄ba ſacri eloquij reſtringuā regulis do
nati: ecce q̄re dicit. Illuminabit tibi xp̄s
ideſt ad vtilitatē tuā. Ideo dicit thema.
Hora eſt iā nos: qꝛ iā claritas ſolis iuſti
tie oꝛiꝛ i officio eccleſie pꝫ thema. Inue
nio ꝙ. x. ſunt ſeruāda ꝛ fiēda i ſurgēdo
a ſomno pcti mortalis q̄ fiunt ꝛ ſeruanꝛ
in ſurgēdo a ſomno coꝛpali nocturno in
quo hō facit cōiter decē. Primo hō ape⸗
rit oculos ad vidēdū q̄ hora eſt: ꝛ ſi eſt
dies dicit hō. O ſurgamꝰ qꝛ dies eſt cla
ra: ita ille q̄ dormit i pctis dꝫ primo api
re oculos p pctoꝝ cognitionē ꝛ piculi in
quo eſt. Cognitio i quo eſt primꝰ actus
in oībꝰ operationibꝰ q̄ fiunt electiue: qꝛ
electio in hoibus: ſequiꝛ inquiſitionē: et
p̄ſupponit cognitionē: vt dicit. ſ. Tho. ſ.
ſcrip. di. xlj. ar. j. i ſolu. ad primū. Eſt em̄
electio actus volūtatꝭ nō abſolute ſꝫ in
oꝛdine ad intellectū oꝛdināte. Actꝰ aūt
volūtatis cognitionē p̄ſupponit: eo q̄d
volūtas de ſe ceca eſt ꝛ moueꝛ ab itelle
ctu p̄ſentāte ſibi ſuū obiectū ſpecificati⸗
ue. lꝫ ēt volūtas mouet intellectuꝫ q̄ ad
exercitū actꝰ qn̄ religioſus apit oculos.
recognoſcēdo ſe dicit. O miſer ꝛ tot āni
ſunt ꝙ ſum in oꝛdine ꝛc. mō apit oculos
Idē de clerico diſſoluto. Idē ꝺ xp̄ianis
qui ſolo noīe dicunꝛ xp̄iani: ſꝫ nō regūt
ſe iuxta diuina p̄cepta: ſꝫ iuxta eoꝝ ſen⸗
timentū. Ecce hic aptio oculoꝝ ſpūaliū
Ideo dauid poſtq̄ apuit ocl'os ꝛ cogno
uit ſtatū pcti ꝛ periculū in quo erat dice
bat deo. Amplius laua me ab iniq̄tate
mea: ꝛ a pctō meo mūda me ꝛc. ꝛ alleꝛat
rōnem di. Qm̄ iniq̄tatē meā ego cogno
ſco ꝛc. ps. l. Ecce quō tenebat ocl'os ap⸗
tos. Ita dꝫ facere quilibet pctōꝛ cogitā
do ſuā malā vitā quā tenuit. Scd̄o hō
in lecto erigit ſe q̄ſi ſedēdo. Ita q̄ ſurgit
a pctō dꝫ erigi per cōtritionē. q̄ ſedet in
lecto eſt erectꝰ. ſ. a ſingulo ſuperiꝰ ſꝫ ia⸗
cet inferius. Ita cōtritio vera impoꝛtat
duo. Prīo doloꝛē ꝛ diſplicētiā de pctis
iā iacet baiſſe. Scd̄o per reſpectū ad deū
quē offendit: nō eſt erectꝰ: qꝛ ſi doloꝛ vł
diſplicētia pctōꝝ venit reſpectu mundi
fame vel periculi nihil valet: totus iacet
baiſſe i terra: opꝫ ꝙ diſplicētia ſit reſpe⸗
ctu dei tūc ē ꝯtritio. de hoc. iiij. ſcrip. di.
xvj. Ita faciebat ille rex Ezechias di.
Recogitabo tibi oēs ānos meos i ama
ritudie aie mee Eſa. xxxviij. Nota tibi
nō dicit mūdo fame nec piculo ſed tibi.
ideo qn̄ hō recoꝛdaꝛ de pctis dꝫ percute
re pectꝰ eleuādo oculos v̄ſus celū dicē⸗
do. Tibi ſoli peccaui dn̄e miſerere mei.
Tertio induiꝛ camiſia ꝛ ceteris indumē
tis. Ecce ꝓpoſiti boni aſſūptio. Firmuꝫ
em̄ ꝓpoſitū in bonū nō eſt ſine idumēto
diuine gr̄e: qꝛ hoc nō eſt ſine pfecta p̄pa
ratione ad gratiā que eſt ſimul cū infu⸗
ſiōe gratie ꝛ mereꝛ gloꝛiā ꝛ nō gratiā: q̄
tam habeꝛ pria ſcd̄e. q. cxij. ar. ij. ad pri⸗
mū. Si em̄ volūtas prōpta eſt ſcḿ illud
q̄d hꝫ accepta eſt: nō ſcḿ id q̄d nō hꝫ. ij.
ad Coꝝ. viij. Alie virtutes ſunt alia in
dumēta: dic vt videbiꝛ expedire. iō apl's
Induite vos ſicut electi dei ſcti ꝛ dilecti
viſcera mie: benignitatē: humilitatē: mo
deſtiā: patientiā ſuppoꝛtantes inuicem.
ad Colꝰ. iij. Quarto a lecto recedit. ecce
receſſus a mala ſocietate ꝛ ab occaſiōi⸗
bus. De hoc pulchꝛe vide. ſ. Tho. ſuper
Mat. iij. c. Aliter ꝓpoſitū abſcidi a pctō
nō eſt perfectū nec firmū. ideo dicit ſcri.
Salua aīam tuā noli reſpicere poſt ter⸗
gū tuū: nec ſtes i om̄i loco circa regionē
ſꝫ i mōte ſaluū te fac ne ꝛ tu ſimul peas.
Gen̄. xix. ideo recedite ſtatiꝫ qꝛ ſi modo
ꝓponitis nō peccare: qꝛ eſtis modicū de
uoti: tn̄ poſt prādiū vel cenā habita oc⸗
caſiōe peccabitis. ideo ēt poeta hoc di⸗
cit. Que nocitura tenes q̄uis ſint chara
relinque. Quito ſputa ꝛ hmōi emittunꝛ
ꝓpter ebullitioneꝫ ſtomachi. Ecce oꝛis
ꝯfeſſio q̄ vere non eſt niſi ſpuere flegma
putridū de pctis. Sic aūt purificaꝛ ſto⸗
machus noſtre ꝯſcientie. Auctoꝛitas. ſi
ꝯfitemur pctā noſtra fidelis ꝛ iuſtus eſt

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

de⁹ vt remittat nobis pctā noſtra ⁊ emū
det nos ab om̄i iniq̄tate noſtra.j.Joā.j.
Sexto calciatur hō.ecce iniuriaꝝ remiſ
ſio. Qui incedit diſcalciat⁹ ſtatim ſentit
pūctiones lapidū ⁊ ſpinarū.ſec⁹ q̄n hō
incedit calciatus.qui nō ſentit ſe de iniu
rijs ad vindicandū ſed totū remittit:ta
lis calciatus incedit:ſed ille q̄ indignat̄
⁊ q̄rit vindictā nec vult dimittere icedit
diſcalciatus. Jdeo dicit ſcriptura ſctā.
Oīs iiurie ꝓximi ne memineris:⁊ nihil
agas in operib⁹ iniurie. Eccl'.x.ideo cal
ciate te ꝑ bonā patiētiā iniurias remit
tēdo.iuxta illō. State calciati pedes in
ꝑparatiōe euāgelij pacis.ad Ephe.vj.
Septimo cingit̄ hō.ecce hic debitorū re
ſtitutio. Quidā incedūt ſine cinctura ſcꝫ
amplos vētres portātes in magnis pō
pis ⁊ vſuris de bonis alteri⁹ q̄ habēt ꝑ
vſuras rapinas calūnias ⁊c. Jdeo oꝫ ſe
cingere ſtringēdo ſe cū bonis ſuis de bo
no iuſto:reſtituēdo oīa alia d̄ malo ⁊ i
iuſtos. Auctoritas. Reddite oib⁹ d̄bita
nemini q̄c꜖ debeat̄ niſi vt inuicē diliga
tis ⁊c.ad Ro.xiij. Nullus dꝫ ſe amplia
re in bonis alienis.iō dicit xp̄s.ſint lum
bi veſtri p̄cincti ⁊ lucerne ⁊c. Lu.xij. Lu
cerne ardētes ſūt opera meritoria:q̄ nō
ardēt q̄ꝺdiu hō retinet bona alteri⁹ iniu
ſte. Octauo man⁹ lauant̄. Ecce elemoſy
narum largitio q̄n facta eſt reſtitutio de
hoc qđ ſupeſt de bono iuſto hō facit ele
moſynā que mundat ⁊ purificat aīam a
peccat̄. Auctoritas. Qđ ſupeſt date ele
moſynā:⁊ ecce oīa mūda ſūt vobis. Lu.
xj. Nono man⁹ applicant̄ ad aliqđ op⁹
ecce ſpūalis oratio q̄ de cōi curſu debet
fieri eleuatis manibus ſurſuꝫ.q.d. Dn̄e
paup ſum:ideo leuo manum dexterā vt
detis mihi ſpūalia:⁊ ſiniſtrā vt detis mi
hi bōna tp̄alia. Uolo viros orare in om̄i
loco leuātes puras man⁹ ſine ira ⁊ diſce
ptatiōe.j.ad Ti.ij. Decimo ⁊ vltimo ci
bus ſumit̄ hora prādij.ecce euchariſtie
cōio in qua anima reficit̄ ⁊ recreatur:qꝛ
recipit xp̄m q̄ dat vitā gratie ⁊ vitā gl'ie.
ideo dicit ipē.accipite ⁊ mādůcate: hoc
eſt corpus meū.j.ad Cor'n.xj. Qualiter
debet accipi oſtendit̄ ibidē cū dr̄.probet
aūt ſeipm̄ hō ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de
calice bibat.qui em̄ mādůcat ⁊ bibit in
digne iudiciū ſibi mādůcat ⁊ bibit. Ubi
dicit glo.amb.ita puniet̄ ac ſi xp̄m pro
prijs manibus interfeciſſet.ecce quomo
do debem⁹ ſurgere a ſomno pctī morta
lis.propter hoc dicit thema. Hora eſt iā
nos de ſomno ſurgere. Deo gratias.

¶ De eadem dominica. Sermo.vj.

Nox preceſſit. dies
autem appropinquauit. ad
Rom.xiij. Thema ꝓpoſitū
⁊ etiā tota ep̄la declarāt no
bis finē mundi eſſe de propinquo vt nul
lus ponat in ipſo ſpem nec amorē ſuuꝫ:
qꝛ q̄n hō ſcit ꝙ domus ſit antiqua ⁊ mi
nat̄ ruinā:nullus niſi ſtult⁹ vult in ipſa
remanere ad habitādū.idē de naui an
tiqua ad nauigādū.ita eſt de domo hu
ius mūdi antiqua ⁊ ruinoſa.iō nullus nī
ſi ſit ſtultus dꝫ ipam appetere nec dili
gere:nec in nauibus vite nauigare.ſꝫ vt
materia p̄ſentis ſmonis ſit deo accepta
bilis ⁊ gratioſa:⁊ nobis vtilis ⁊ p̄ficua
ſalutet̄ ꝟgo maria. Nox p̄ceſſit ⁊c. Pro
huius v̄bi declaratiōe ⁊ materie p̄dicā
de introductiōe ſciēdū eſt ꝙ in diuerſis
locis ſacre ſcripture reperit̄ ꝙ vita hui⁹
mūdi dr̄ nox reſpectu vite paradiſi. Hoc
declarat̄ ꝑ tres ꝓportiones.ſ.ſolis lune
⁊ ieſu xp̄i. Luna hꝫ claritatem.ſed ſol hꝫ
maiorē ſeptēpliciter:vt dicūt doctores ⁊
etiā glo.ordi.ſup illō. Eſa.xxx. Erit lux
lune ſicut lux ſolis:⁊ lux ſolis erit ſeptē
pliciter ſicut lux ſeptē dierū.ex pctō ade
ſol ⁊ luna pdiderunt multū de claritate
Nota tamē ſm̄ s.tho.in.iiij.di.xlviij.q.
ij.ar.iij.ad tertiū.ꝙ ꝓbabilius dr̄ ꝙ illa
minoratio luminis ex lapſu primi parē
tis nō eſt ſm̄ realē luminis defectū.ſed
quo ad vſum hois qui nō tm̄ bn̄ficiū ex
lumine corporū celeſtiū cōſecut⁹ eſt q̄ꝺtū
ante fuiſſet:nec ſequit̄ ſi lux corpoꝝ cele
ſtium minorata nō eſt in hoie peccante
ꝙ real'r nō ſit augēda in ei⁹ gl'ificatiōe
qꝛ pctm̄ hois nō imutauit ſtatū vniuerſi
cum etiā hō prius ⁊ poſt habuerit aialē
vitā q̄ motu ⁊ gn̄atiōe creature corpora
lis indiget ſed glorificatio hominis ſta
tū totius creature corporalis imutabit.
ideo nō eſt ſic:vn̄ tūc facta fuit luna vt
p̄eſſet nocti. Gen̄.j.⁊ in reſurrectiōe erit
lux lune ſicut lux ſolis. Eſa.xxx.ſi tn̄ nō
peccaſſet tn̄ cōmodū habuiſſet ex lumie
lune:ſicut nūc ex lumie ſolis:ſed ipaꝫ re
cupabūt in iudicio gn̄ali.ſꝫ claritas xp̄i



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



incõparabiliter excedit claritateꝫ ſolis.
mõ in hac vita ſol ⁊ luna dãt nobis cla
ritatẽ:ſed nõ illuminãt celũ nec ĩfernũ:
ſꝫ celũ illuminat͛ a xp̃o. Ciuitas illa nõ
eget ſole neqꝫ luna vt luceat i ea:nã cla
ritas dei illuminat eã. ⁊ lucerna eius eſt
agnꝰ.i.xp̃s. Apo.xxj. Nota:lucerna eiꝰ
eſt agnus.i.xp̃s.cuiꝰ cera eſt caro:q̃ ad
inſtar cere liq̃facta fuit in paſſione igne
amoris:bõbix albus:aĩa eius mundiſſi
ma:lumẽ diuinitas ſanctiſſima. Modo
fiat ratio. Si tẽpus preſens illuminatũ
claritate ſolis đr dies:q̃to magis celuꝫ
claritate xp̃i illuminatũ dꝫ dici dies:re
ſpectu cuius diei dies iſte tp̃alis dicitur
nox. Ideo qñ aĩa dehinc tranſit ⁊ intrat
celũ inter cetera de quibus mirat͛ eſt de
tãta claritate.di.credebã eſſe ĩ die ⁊ erã
in nocte:recte ad inſtar noctue:q̃ lumen
lune credit eſſe magnũ lumẽ:ſꝫ ſi poſſet
videre ſolis lumẽ:lumẽ lune quaſi nihil
reputaret. Ita aĩa noſtra modo credit
habere magnã claritatẽ:ſed qñ videbit
xp̃i claritatẽ:hec claritas nihil eſt ⁊ põt
dicere tũc aĩa nox ſcꝫ vite tẽporalis pre
ceſſit:dies aũt appropinquabit. Thema
ꝓpoſitũ innuit q̃ finis mũdi eſt prope ⁊
põt hoc declarari per.x.plagas egypti
que fuerũt figura xp̃ianitatis. Auctori
tas. Omnia in figura cõtingebant illis
ſcripta ſunt ad correptionem noſtrã:in
quos fines ſcloꝝ deuenerũt.j.ad Coꝝ.
x. Prima plaga egypti fuit ſanguis:qꝛ
voluntate dei tota aqua egypti tam fon
tiũ q̃ fluminũ fuit cõuerſa in ſanguinẽ
⁊ oẽs piſces mortui fuerunt. Hec plaga
fuit magna egyptijs.ꝺ qua/Exo.vij.đr
q̃ moyſes eleuãs virgã percuſſit aquã
fluminis corã pharaone et ſeruis eius q̃
verſa eſt in ſanguinẽ:⁊ piſces qui erant
in flumine mortui ſunt.ſꝫ fuit figura no
bis xp̃ianis de paſſione martyꝝ:in qua
aqua ſcꝫ baptiſmi cõuerſa eſt in ſangui
nẽ martyꝝ in pſecutione tyrannoꝝ:in
qua pater accuſabat filiũ ⁊ ecõuerſo.ꝺ.
q̃ erat xp̃ianus:vir vxorẽ ⁊ ecõuerſo.q̃
quidẽ plaga durauit vltra.cc.ãnos vſqꝫ
ad tp̃s ſcti ſilueſtri pape qñ romanoꝝ ĩ
perator qui erat fons iſtius ſanguinis
effectꝰ fuit xp̃ianꝰ. De hac plaga ꝑdixe
rat xp̃s. Uenit hora vt oĩs qui interficit
vos arbitret͛ obſequiũ ſe ꝑſtare do.Jo.
xvj. Scd̃a plaga fuit ranaꝝ q̃ exibãt de
aq̃s in tanta multitudine q̃ intrabãt do
mos:cameras:lectos:furnos:nec cõbu
rebãt:⁊ etiã ĩtrabãt ollas.extẽdit aarõ
manũ ſup aq̃s egypti ⁊ aſcenderũt rane
ſup terrã egypti. Exo.viij. Maxima pla
ga fuit tũc egyptijs ſꝫ fuit figura nobis
xp̃ianis de errore hereticoꝝ:⁊ ſicut ra
ne ſũt locaces ita hr̃tici q̃ ad iſtar rana
rũ exibãt de aquis baptiſmi:qꝛ xp̃iani
nõ erãt ſꝫ heretici:⁊ intrabãt domos:⁊
ad oẽꝫ locũ puertẽdũ articulos fidei ſe
minãdo varios errores:intãtũ q̃ xp̃iani
neſciebãt cui credere đbebãt.hec plaga
maxime habũdauit tp̃e euſebij ꝟcelleſis
⁊ anathaſij q̃ cõtradixerũt eis. Hec pla
ga fuit a beato petro ꝓphetata di.erũt
magiſtri mẽdaces qui introducẽt ſectas
ꝑditiõis.ij.pet.ij. Tertia plaga fuit cini
fuꝫ de puluere terre exeuntiũ crudeliter
mordentiũ.extẽdit aarõ manũ virgã te
nẽs ꝑcuſſitqꝫ puluerẽ terre ⁊ facti ſunt ci
nifes in hoibus ⁊ iumẽtis. Exo.viij.pla
ga fuit egyptijs:ſed fuit ſignũ xp̃ianis ⁊
figurabat pſecutionẽ infideliũ qui exie
rũt de terra:qꝛ infideles nihil habẽt in
celo.hãc plagã pmiſit deus in xp̃ianita
te:qꝛ ex quo xp̃iani fuerũt liberati a ſan
guine martyꝝ ⁊ ab errore hereticoꝝ de
derũt ſe vitijs ⁊ peccatis viuẽdo quiete
ꝓpter hoc miſit deꝰ illud flagellũ ſcꝫ pſe
cutionẽ infideliũ q̃ fuit tp̃e beati Augu.
ideo đr in eius hyſto.inter q̃ mala fue
rũt auguſtio lachrime ſue panes die ac
nocte.ideo apl's. Oẽs qui pie volũt viue
re in xp̃o ieſu perſecutionẽ patient͛.ij.ad
Ti.iij. Quarta plaga fuit muſcarũ gra
uiſſimaꝝ. Venit muſca grauiſſima in do
muꝫ pharaonis ⁊ in domũ ſeruoꝝ eius
⁊ in oẽꝫ terrã egypti. Exo.viij.ſignifica
bãt quartũ malũ xp̃ianitatis ſcꝫ princi
puꝫ importabilẽ tyrãnizationẽ volentiũ
facere ꝺ regnis villis ⁊ populis ac ſi eẽt
hereditas vel poſſeſſio eorũ ⁊ nõ eſt ita:
q̃m poſſeſſio eſt ad hoc vt ſeruiet homini
ſꝫ reges ſunt ad hoc vt ſeruiãt regno:et
nõ ecõuerſo.qꝛ rex in regno dꝫ eſſe ſicut
deus in mũdo ⁊ aĩa in corpore.i.iuſtus ⁊
clemẽs ꝑm.s. Tho.in de regno ad regẽ
Cypri.c.xij.ſed modo eſt oppoſitũ.⁊ iã
tp̃e beati Grego.multi tyrãnice ceperũt
regnare ⁊ ciuitates vt ꝓprias poſſeſſio
nes habere:⁊ inceperũt vẽdere iuſtitiã
⁊ depdari populos. vnde princeps aufe

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

rens ꝑ vim aliena:rapinā cōmittit:⁊ te=
neť reſtitueř niſi ſit ſ₃ iuſtitiā pugnādo
vel puniēdo.ſcđa ſcđe.q.lx.arti.viij.ecce
muſca aſini⁊ fuit cōpleta ꝓphetia.Eſa.
j.Principes tui īfideles:ſocij furū:oēs
diligūt munera:ſequunť retributiones
pupillo nō iudicant et cauſa vidue non
ingrediť ad eos.Quita plaga fuit mors
oim aialiū egypti ſc₃ equorū minorum
⁊ omniū boum vaccaru₃ ⁊ aſinorum ⁊c.
Exo.xij.q̄ fuit figura quinti ſtatus xp̄ia
nitatis ſc₃ bonorū defunctionis.Un̄ aia
lia ab anima dicta ſignificant perſonas
iuſtas ⁊ deuotas q̄ debēt habere aias
i.bonas cōſcientias:ſ₃ iſte iam ſunt de=
functe.Ubi inuenies hodie religioſum
q̄ habeat cōſcientiā de fractione regule
votoꝝ cerimoniaꝝ.Ubi iuenies clericū
deuotū caſtu₃ ⁊ honeſtū ⁊c.vbi iuenies
p̄latū q̄ magis curat de aiabꝰ q̄ȝ d̄ reddi
tibꝰ.Ubi ſunt dn̄i tpales cōſcientioſi :et
milites cōtenti de ſuis redditibꝰ:plane
oēs ſūt defūcti.Ubi ſunt aduocati iuſti
mercatores plani ſine fraude:vſura:do
lo ⁊c.Ubi ſunt laboratores q̄ bn̄ ſoluēt
decias ⁊ p̄mitias:vbi ſūt mſ̄ieres bone
⁊ honeſte.oēs volūt dici honeſte⁊ bone:
ſed oppoſitū oſtēdūt in vanitate ⁊c.oēs
ſunt defuncte:iam ꝯpleta eſt prophetia
Miche.vij.Ue mihi:q⁊ factus ſum ſicut
q̄ colligit in autūno racemos vindemie
Nō eſt botrus ad comedēdū.Perijt ſan
ctus de terra ⁊ rectus in hoibus nō eſt.
Oēs in ſanguie inſidianť vir fratrē ſuū
ad mortē venať.Malū manuū ſuarū di
cūt bonum.Qui optimꝰ eſt in eis quaſi
paliurus.⁊ q̄ rectus quaſi ſpina de ſepe.
Sexta plaga fuit vlcerū turgētiū:ſc₃ de
apoſtematibus quaſi glādulis:ſ₃ dabāt
eis maximū dolorē.Exo.ix.Hec figura=
bat ſextū ſtatu₃ xp̄ianitatis:ſc₃ animo=
ſa₃ diuiſionē qn̄ gētes nō occidūt ſe.ſed
intus ſunt tumētes veneno odij:rācoris
inuidie ⁊ male volūtatis.De iuidia q̄re
ij.ij.q.xxxvj.⁊ de odio ibidē.q.xxxiiij.et
de diſcordia ibidē.q.xxxviij.⁊ de ſeditio
nibꝰ ibidē.xlij.Diu eſt q̄ȝ hec plaga in=
cepit ⁊ adhuc durat i mĺtis locis.Extra
eīm oſtendūt bonā volūtatem:ſed intus
guerra:caue q⁊ ſi poſſūt nocēt ⁊c.Cōtra
tales orauit dauid di.Qui loquunť pa=
cem cū ꝓximo ſuo:mala aūt in cordibꝰ
eorū.Da illis ſ₃ opa eoꝝ:⁊ſm nequitiā
adinuētionū ipoꝝ.ps.xxvij.Nota q̄ȝ
eſt magna ſtultitia portare odiū:irā:ſeu
malā volūtatē in corde:iuxta reſponſio
nem quā fecit magiſter vincētius cuidā
mercatori di.q̄ȝ parceret ſibiipſi ⁊c.Qui
querit ſe vindicare de inimico:prio occi
dit aiam ſuā gladio quo vult occidere
inimicū:⁊ ſic itelligitur verbum xp̄i di.
Ois qui accipit gladiū:ſc₃ ꝯtra inimicū
gladio ꝑibit:ſc₃ eodē.Mat.xxvj.itē da=
uid.Gladius eorū.ſ.vindicatorū:intret
in corda ipſorum:nō dicit in corpora:ſed
i corda.xxxvj.ps.Septia plaga egypti
fuit grandinum cum tonitruis ⁊ fulgu=
ribus deſtruētibus domos:arbores vi=
neas ⁊ plātas.Exo.ix.Hec plaga icepit
iā in xp̄ianitate modo ſunt.lxxx.vel.xc.
anni qm̄ ante nō erāt tempeſtates iſte:⁊
modo nō eſt annus in mūdo q̄ȝ non ſunt
tēpeſtates in aliqua parte vel mortalita
tes:q̄ antiquitus erāt inaudite ⁊ modo
nō recedunt de mūdo.Ratio eſt quātū
ego poſſum cognoſcere ex magnis blaſ
phemijs q̄ dicunť quotidie ꝯtra deū:qm̄
vt dicit.s.Th.ij.ij.q.xiij.ar.iij.⁊.iij.par
te.q.lxxxj.ar.iij.Poſt idolatriam blaſ=
phemia eſt de maioribus peccatis que
poſſūt fieri ꝯtra deū.Et modo ꝓ nihilo
ſtatim blaſphemāt:ideo deꝰ mittit iſtas
tēpeſtates ⁊ mortalitates q̄ deſtruūt to
tū mūdū.Unde ſicut ꝯtra illos qui bali=
ſtis ⁊ ſagittis oppugnāt turrim : mittūt
de ſurſum lapides,ſiue cāceres defendē
do ſe:ſic cōtra xp̄ianos qui blaſphemā=
do impugnāt deū:mittunť de ſurſu₃ la=
pides ⁊c.Que quidē cōſuetudo ſeu abu
ſio iurandi ⁊ blaſphemandi incepit ab
octuagita vel nonagita ānis citra:ideo
ab illo tp̄e citra veniūt nobis p̄dicta ma
la.ſm q̄ȝ de hoc ꝓphetauit moyſes di.
Generatio ꝑuerſa eſt ⁊ infideles filij:ipi
me ꝓuocauerūt in eo qui nō erat deus ⁊
irritauerūt me in vanitatibꝰ ſuis.ignis
ſuccēſus eſt in furore meo ⁊ ardebit vſq̄ȝ
ad inferni nouiſſima.Deuorabitq̄ȝ ter=
rā cū germie ſuo ⁊ mōtiū fundamēta cō
buret.Cōgregabo ſuꝑ eos mala:⁊ ſagit
tas meas ꝯplebo i eis.Deuť.xxxij.No
ta generatio ꝑuerſa:q⁊ dn̄s dedit nobis
linguā ad ip̄m laudādū ⁊ nos peruerti=
mus eā ad ip̄m blaſphemādū.Octaua
plaga fuit locuſtarū deuorantiū oia vi=
ridia.⁊ de hoc ē tex.Dixit dn̄s ad moy=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſen.extēde manū tuā ſuper terrā egypti
ad locuſtā vt deſcēdat ſuꝑ terrā ꝛ deuo
ret oēꝫ herbā que reſidua fuit grādini.
Exo.x.ꝛ iſta plaga ſignificauit hypocri
tarū multiplicationē. Nā hypocrite di-
cunt̄ locuſte. Ratio: qꝛ locuſte vident̄ ꝙ
ſint aues volātes: ꝛ nō ſunt: immo ſta-
tim cadūt in terrā. Talis eſt cōditio hy
pocritarū qui vident̄ volare ꝑ bona opa
ꝛ verba deuota: ſed ſtatim deſcēdūt ad
terrā ad habēdū terrena ſcꝫ pecunias:
familias ꝛc. Quot religioſi ꝛ clerici: quot
falſe ſunt beguine q̄ volūt viuere ocioſi:
qui comedūt domos viduaꝝ. Mat.xxiij.
De quibus dicit xp̄s. Attēdite a falſis
ꝓphetis qui veniūt ad vos in veſtimē-
tis ouiū intrinſecus aūt ſunt lupi rapa
ces a fructibꝰ eoꝝ cognoſcetiꝫ eos. Mat.
vij. de hypocriſi vide.ij.ij.q.cxxxiij. No
na plaga fuit tenebraꝝ terribiliū per
tres dies intātū ꝙ nullus de loco i quo
ſtabat poterat ſe mouere. Iſtō ſignū vel
plagā videt̄ tangere textus. Exo.x. Ex-
tēdit moyſes magnū in celū: ꝛ facte ſūt
tenebre horribiles i vniuerſa terra egy
pti tribꝰ diebꝰ et nemo vidit fratrē ſuū
nec mouit ſe de loco in q̄ erat. Hoc ſignū
currit modo ꝓpter ſciſma p̄ſens ex igno
rantia veri pape ꝛ durat ꝑ tres dies: qꝛ
tres dicūt ſe eſſe papas ꝛ hoc eſt ita ob-
ſcurum ꝛ tenebroſum: qꝛ ab vtraqꝫ parte
ſunt magni doctores ꝛ magn̄i principes
ꝛ p̄lati: ꝛ ſancti q̄ fecerunt miracula. De
his tenebris dicit ꝙ neſcierūt neqꝫ itelle
xerūt in tenebris ambulāt: imo nec mo-
uent̄ de loco in quo cōcluſi ſunt ab his
tenebris dicēdo ex quo habeo hic digni
tatē beneficiū ꝛ redditus meos teneo cū
iſto. idē illi de frācia etiā dicūt. Si fuiſ-
ſem in frācia tenuiſſem cū illo ꝛc. De ſciſ
mate.ij.ij.q.xxxiij. Decima ꝛ vltima pla
ga fuit angeli ꝑcutientis oīa p̄mogenita
egypti ꝛ ſtati fuit finalis egreſſꝰ de egy
pto vt habet̄ Exo.xj. vbi dicit tex. media
nocte ingrediar egyptū et morietur omne
primogenitū in terra egyptoꝝ a primo
genito pharaonis qui ſedet in ſolio eiꝰ
vſqꝫ ad p̄mogenitū āncille q̄ eſt ad molā
ꝛ oīa p̄mogenita iumētorū ꝛc. Ecce hic
ſubuerſio xp̄ianorū ꝑ antixp̄m. Angelꝰ
eñ ꝑcutiens figurabat xp̄m qui ꝑcutiet
oīa p̄mogenita. i. principes xp̄ianorum
ex parte quoꝝ fiēt p̄conizatiōes contra
xp̄m ꝛ virginē mariā ꝛc. Et poſt ſtatim
ſequit̄ finalis deſtructio mūdi. De hoc
dicit ap̄ls. Mittet illis deus operationē
erroris vt credēt mendacio: vt iudicent̄
oēs q̄ nō crediderūt veritati: ſꝫ ꝯſenſerunt
iniquitati.ij. ad Theſ.ij. Nota cū dicit.
Mittet. nō ſolū ꝑmittet: ſed mittet etiā.
Et nota ꝙ in ꝑſecutiōe antixp̄i erūt duo
Primo culpa ꝛ malicia ipius antixp̄i et
hāc ꝑmittet xp̄s. Scd̄o ibi erit pena ꝛ pu
nitio maloꝝ ꝛ quātū ad hoc deꝰ mittet
antixp̄m. Cū ergo iā diu eſt ꝙ ſumus in
nona plaga. pꝫ ꝙ dicit thema. Nox pre
ceſſit: dies aūt ꝛc. Et ſtatiꝫ veniet angelꝰ
ꝑcutiēs: remediū ergo qd̄ habemꝰ oſtē-
dit̄ in ep̄la huius dn̄ice: cum dr̄. Abijcia
mus ergo opa tenebrarū ꝛc. Deo gr̄as.

¶ De eadem dominica. Sermo.vij.

Induimini do
minum ieſum xp̄m. ad Ro.
xiij. Hoc verbū ꝓpoſitū ha-
bet magnā difficultatem in
theologia q̄uo xp̄s pōt indui cum nō ſit
veſtis: qꝛ dicit thema. Induimini dn̄m
ieſum xp̄s. ꝑ cuiꝰ declaratione ſciendū
eſt ꝙ vita dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſancta ꝛ vir
tuoſa quam tenuit in hoc mūdo dr̄ veſtꝫ
i ſacra ſcriptura. Ratio: qꝛ veſtes ꝓpter
duo inuente fuerūt. ſ. ꝓpter honeſtatem
ad cooperiendū carnes. Scd̄o ꝓpter fri
giditatē. Adam ꝛ Eua ante pctm̄ in ſta
tu innocētie nō indigebant veſtibꝰ qꝛ ni
hil erat eis inhoneſtū nec verecūdū nec
immūdū: nec in paradiſo terreſtri viget
frigus. de hoc p̄.ꝑ.q.c.ij.ar.ij. Sed ſta-
tim poſt pctm̄ ex quo anima fuit inobe-
diēs deo etiā caro fuit inobediēs aīe et
habuit frigus. Ideo tūc deꝰ fecit eis tu-
nicas pelliceas. Et quēadmodū veſtis
cooperit corpꝰ ſeu carnē ſic virtus coope
rit aīam. Qꝛ ſm̄. s. tho. ꝛ Eſa.lij. veſtes
ſanctoꝝ ſunt ad ꝓtegendū: calefaciēdū
ꝛ ornandū: ꝛ ſunt alba mūda ꝛ odorife
ra. Et ſm̄ eundeꝫ. p̄s.xliiij. veſtis ecclie
eſt duplex. ſ. doctrina vtriuſqꝫ teſtamen
ti et opera virtuoſa. Ideo dicit phs.ij.
ethi. ꝙ virtus eſt habitus electiuus. Idō
de virtutibus dicit ap̄ls. In hoc inge-
miſcimus habitationē noſtrā que de ce
lo ē ſupindui cupiētes: ſi tamē veſtiti et
nō nudi inueniamur. Nam ꝛ qui ſumus
in hoc tabernac̄lo ingemiſſimꝰ grauati

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

eo ꝙ nolumus ſpoliari:ſed ſupueſtiri.ij
ad Coꝝ.v.Ecce ergo hic quō opꝫ nos i
dutos eſſe:veſtibꝰ virtutū. Et ptꝫ rn̄ſio
ad vnā queſtionē quā facitis vos: vtrū
in alio mūdo erimꝰ nudi vł iduti maxie
poſt diē iudicij. Dico ꝙ boni ⁊ ſaluati
erūt iduti:mali aūt ⁊ dānati erūt nudi.
Bti em̄ erūt induti virtutibus vt ſol eſt
indutus claritate. Jdeo dicit btūs ioā.
apoc.xvi. Beatꝰ qui vigilat ⁊ cuſtodit ve
ſtimēta ſua ne nudus ambulet ⁊ videāt
turpitudines eiꝰ. Cuꝫ ergo vita dn̄i no
ſtri ieſu xp̄i quā tenuit in hoc mūdo fue
rit ſancta ⁊ virtuoſa intantū ꝙ xp̄s dicit̄
nō ſolū virtuoſus:ſed etiaꝫ virtus.j.ad
Coꝝ.j. Nos p̄dicamꝰ xp̄m dei virtutē.
Perſona ergo que viuit virtuoſe induit
Chriſtū ip̄m imitādo in vita virtuoſa ⁊
ẜm hūc modū dicit apł's i themate. Jn-
duimini dn̄m ieſuꝫ xp̄m.i. xp̄m imitami
ni in ſancta ⁊ virtuoſa vita,⁊ cōuerſatio
ne.patet thema. Modo vt meliꝰ poſſiꝫ
vobis:declarare qualiter poterimus in
duere xp̄m ip̄m imitādo recipio motiuuꝫ
a quadā auctoritate ſacre ſcripture que
vocat xp̄m ignē di. Deꝰ noſter ignis cō
ſumēs eſt.ad Heb.xij. Nota ſan. Tho.
Eſa.x.ꝙ deꝰ dicit̄ ignis : qꝛ ſubtilis eſt
tripliciter.ſ.ẜm ſubſtātiā ſciētiā ⁊ appa
rentiam: ⁊ lucidus:qꝛ manifeſtat:dele-
ctat ⁊ dirigit:⁊ calidus:qꝛ viuificat pur
gat ⁊ deuaſtat ⁊ leuis ꝓpter motū ſitū ⁊
filius ꝛ ſpirituſſanctus ſunt ad dexteraꝫ
ideſt in equalitate patris: ꝛ eſſe ad ſini=
ſtram eſt eſſe inequalē patri: quod eſt er
ror. Alij faciūt crucē beati Petri ab infe
riori incipientes: Ideo de hoc cōquerit̄
chriſtus dicens in perſona trinitatis.
Signa nr̄a nō vidim9: iā non eſt prophe
ta: ꝛ nos non cognoſcet amplius. Pſal.
lxxiij. Signa nr̄a non vidim9. ſ. in xp̄ia=
nis. iā non eſt ꝓpheta: qꝛ ſignum crucis
eſt reali ꝓpheta q̄ homo eſt de pepulo
chriſti. Sed modo iam nō eſt. Quelibet
p̄dictarū rationū eſt cauſa efficiens q̄
Antichriſtus veniet. Quanto ergo ma=
gis oēs ſimul ſeptē rationes cōcurren=
tes. Propt̄ hoc dicit thema. Reſpicite ꝛ
leuate capita veſtra. Sed diceret contra
me aliquis ſubtilis argumētator. Fra=
ter: vos innuitis in ꝟbis veſtris q̄ xp̄s
non ſolū ꝑmittet Antixp̄m venire: ſꝫ ēt
q̄ xp̄s ipſum mittet. Reſpondeo q̄ ſic:
ſed hoc nō auderē dicere niſi qꝛ habeo
auctoritatē ſacre ſcripture. Ap̄ls enim
dicit. Eo q̄ charitatē veritatis non rece
perunt vt ſalui fierent: ideo mittet illis
deus operationē erroris vt credāt men
dacio. ij. ad Theſ. ij. Nō ideo mittet il=
lis de9. Ecce nō ſolū ꝑmittet ꝛc. itē Eze.
xxxviij. Vaticinare filij hoīs ꝛ dices ad
gog ꝛc. in nouiſſimis dieb9 eris: ꝛ addu
cā te ſuꝑ terrā meaꝫ. ſ. xp̄ianitatem. Qđ

d

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

intelligitur ſic in aduentu et operatione Antichriſti erit tibi ꝛ culpa ꝛ pena. Quã tũ ad illud qđ erit culpe xp̃s nõ mittet eum ſed pmittet: q̃tum ad illud qđ erit malũ pene chriſtus non ſolum permittet: ſed etiam mittet: quia omne malum pene a deo eſt effectualiter

¶ Dñica. ij. aduentus domini. Ser. vj.

CEluz ꝛ terra tranſibũt. Luc. xxj. Uerbũ ꝓpoſitũ oſtendit ſubtiliter ſtatũ hui⁹ mũdi poſt diẽ iudicij: de quo ſtatu volo modo p̄dicare: qꝛ iſta materia conſequẽs eſt ad materiã diei dñice in qua audiuiſtis totũ ſtatũ huius mũdi a principio vſq; ad diẽ iudicij. Jõ mõ loquar de ſtatu mundi hui⁹ poſt diẽ iudicij: ſed primo ſalutet̃ Ugo Maria ꝛc. Celũ ꝛ terra tranſibũt. Hoc v̓bũ hꝫ difficultatẽ in theologia. Rõ: qꝛ inueniunt̃ auctoritates dicentes ꝙ celũ et terra habuerunt p̄ncipiũ eſſendi p creationẽ: tñ nec celuz nec corpa celeſtia: nec terra habebũt finẽ in duratione: imo ꝓpheta Dauid loquẽs de celo: ſole ꝛ luna: ꝛ ſtellis di. Statuit ea ineternũ ꝛ in ſcl'm ſcl'i. ps. cxlviij. Sılr dicit Salomõ de terra. Gñatio p̄terit ꝛ gñatio aduenit: terra v̓o ineternũ ſtat. Eccl'. j. Quare ergo dicit thema celũ et terra tranſibunt? Pꝫ difficultas. Dico ꝙ ille auctoritates nõ repugnant themati. qm̃ dupl'r poſſunt loq̃ de celo ꝛ corpib⁹ celeſtib⁹ ꝛ de elemẽtis. vl' q̃tuz ad ſubſtãtia eẽntialẽ: vl' q̃tũ ad q̃litates ꝛ ↄditiões ꝛ opationes accidẽtales q̃s hñt. Prio modo celũ ꝛ terra ſemper erunt q̃tum ad eorũ ſubſtãtiã eſſentialem: ſed tranſibũt q̃tũ ad qualitates eorũ ꝛ cõditiões ꝛ opationes accidẽtales: et recipiunt meliores q̃litates ſicut tacea argẽti antiq̃ imũda ↄquaſſata poſtq̃ argẽtari⁹ ſculpit ꝛ renouat eã videt̃ noua et lucet. Et lꝫ ſubſtantia ſit eadez: tñ recipit nouã q̃litatem ꝛ eſt renouata. Jta erit de iſto mũdo antiquo: inmũdo cõquaſſato ꝛ cõfracto. iõ xp̃s tanq̃ bonus magr̃ ꝛ argẽtari⁹ renouabit celum ꝛ terrã ꝛ oĩa elemẽta. Terra v̓o q̃ tũc eſt immũda ex nr̃is pctĩs: poſt iudiciũ erit mũda ꝛ pura: qꝛ nulla imũdicia remanebit in ipſa poſt iudiciũ qꝛ igne purgabit̃ nec remanebũt in ipſa arbores nec mõtes: ſed elementũ terre remanebit vt farina alba. Et feces oĩm rerũ cadẽt in inferno ſup capita dãnatorũ ſm ꝙ dicũt ſancti doctores. Aqua etiã purificabit̃: q̃ dimittet oẽs qualitates accidentales qꝛ nõ erit falſa nec mouebit̃ decetero: qꝛ ceſſante motu p̄mi mobilis ceſſabũt etiã alij motus naturales. Aer etiã purificabit̃: qꝛ nunq̃ de cetero erit nubiloſus: nec tempeſtuoſus: nec mittet grãdines: nec pluuiã. Celũ nõ mouebit̃ ampli⁹. Jtem ſol: luna: ꝛ ſtelle erunt ſeptẽpliciter clariores. Eſa. xxx. Et erit lux lune ſicut lux ſolis. Et lux ſolis ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptẽ dierũ in die qua alligauerit dñs vuln⁹: ſcꝫ pctĩ mortalis. ꝛ pcuſſurã id eſt penã plage eius ſanauerit. Et de cetero nõ erũt mortalitates: nec miſerie: nec penalitates ſicut ſunt mõ intm̃ ꝙ boni nõ ſolũ gl'iabuntur de viſione dei: imo etiã gaudebũt de renouatione elementoꝝ qꝛ tunc elementa remanebũt pura ꝛ mũda cũ qualitatibus eſſentialib⁹ remotis ab ipſis cõditionibus et quibuſdam q̃litatibus accidentalib⁹. De iſta renouatiõe auctoritas. Ecce ego creo celos nouos ꝛ terrã nouã: ꝛ nõ erunt in memoria p̄oꝛa: et nõ aſcendent ſuper cor: ſed gaudebitis et exultabitis vſq; in ſempiternũ in his q̃ ego creo. Eſaye. lxv. No. ego creo celos nouos: non in ſubſtãtia ſed in excellentiori qualitate. Jtẽ ĩ nouo teſtamẽto poſtq̃ de⁹ reuelauit btõ Joãni euãgeliſte quid eſſet poſt diem iudicij: dixit beat⁹ Joãnes diſcipulis ſuis. Uidi celũ nouũ ꝛ terrã nouã. Primũ eñ celũ ꝛ p̄ma terra abijt: ꝛ mare: ſcꝫ amarum iã nõ eſt. Apoc. xxj. Et ſic intelligit̃ thema. Celũ ꝛ terra tranſibunt. Patet thema. Et qꝛ ſum in materia morali p̃ꝫ predictam declarationẽ quinq; renouabunt̃. ſ. terra: aqua: aer: ignis: celum qđ dr̃ quinta eſſentia a phi̾s: ita nos modo debemus in quinq; renouari ſi tunc cupim⁹ ſaluari et renouari glorioſe. Renouand⁹ eſt hõ primo in corpore per continentiã. Ecce terra. Scđo in aĩa p clarã beniuolentiã. Ecce aqua. Tertio ĩ ore p verã eloquẽtiã. Ecce aer. Quarto ĩ ope per diligentiam. Ecce ignis. Quinto in

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

intentione p celeſtialē eminentiā. Ecce
celū. In oibus debem⁹ renouari. Ratio
eſt: qꝛ dicit phs. j. poſterioꝝ. Propt̄ qḋ
vnūquodqꝫ tale ꝛ illud magis: qꝛ mag̃
debet renouari cā ꝙ effectus. Si amore
hois elemēta renouātur magis renouā
dus eſt hō. Dico pmo ꝙ debem⁹ reno-
uari in corpe p cōtinētiā: ad inſtar reno
uationis terre qꝛ corp⁹ noſtrū nō eſt ni-
ſi terra. Gen̄. ij. Formauit de⁹ hoiem de
limo terre. quantū ad corp⁹. Ideo ſicut
terra innouabit̄. qꝛ in ea nō erit lutū nec
immūdicia aliqua ita nos nūc debem⁹
innouari in corpe ne decetero ſit i eo lu-
tū luxurie: nec imūdicia corruptiōis car
nalis. Si amore tui terra renouabit̄: ꝙ̄-
to magis tu debes renouari. Hāc reno-
uationē petebat dauid orando dicens.
Emitte ſpiritum tuuz et creabuntur ꝛc.
ps. ciij. Nota creabunt̄ nō dicit qḋ. Pro
quo ſciendū ꝙ talis eſt ꝯditio humana
ꝙ in hoc mūdo nō poſſum⁹ viuere ſine
delectationibus: que ſunt in duplici dif
ferentia. ſ. delectationes ſpūales: ꝛ de-
lectatiōes carnales. Ille aūt q̄ non ſen-
tit delectationes ſpūales dat ſe ad dele
ctatiōes carnales: beſtiales: ꝛ brutales:
qꝛ animalis hō nō pcipit ea q̄ ſpūs dei
ſunt. j. ad Cor. ij. ſed pſone deuote ſpi-
rituales que guſtant delectatiōes ange
licales orādo vel legēdo: audiēdo vl' cō
tēplādo non curāt de delitijs carnalib⁹
immo ſi deus diceret eis. do tibi licētiā
ꝛc. dicerēt deo. Dn̄e nolo talē licentiam
ſicut dauid di. Renuit ꝯſolari aīa mea.
Glo. in delitijs carnalibus. Memor fui
dei: ꝛ delectat⁹ ſuz. ps. lxxvj. Uidēs ergo
dauid ꝙ ſine aliqua delectatiōe hō non
pōt viuere: iō orādo dicebat deo. Emit
te ſpirituz tuū ꝛ creabunt̄. ſ. delectatio-
nes ſpūales: ꝛ fugiē delectationes car-
nales: et renouabis faciē terre. ſ. bonam
famā. Nec ſufficit dicere qḋ curo ego ꝙ
dicūt gētes ꝛc. Si factū vel opus nō hꝫ
bonā faciē: oportet ꝙ renouetur: quia ſi
tu tenes malam mulierē in domo ꝛ om-
nes loquūtur opꝫ ipſam expellere. Idē
de clericis ꝛ religioſis qui nimis frequē
tant monaſteria ſororū: opꝫ ꝙ illa q̄ nō
hābēt bonā faciē renouantur. Si dicat̄
ego habeo bonam intentionē non ſuffi-
cit. qm̄ non ſolū cauendū eſt a malo: ſed
ab oī ſpecie mali. Ecce quare dicit. Et
renouabis faciez terre. ſ. opa exteriora.
Apl's. Et prouidentes bona non tm̄ co-
rā deo: ſed etiā coram omnib⁹ homini-
bus ad Ro. xij. Dico ſecūdo ꝙ debem⁹
renouari in aīa p claram beniuolentiaz
ad inſtar aque q̄ renouabitur poſt iudi
cium: qꝛ nō habebit amaritudinem nec
faciet vndas ꝛc. ſic modo renouāda eſt
aīa dimittendo amaritudines odij: ran
coris: ꝛ male voluntatis ꝛ vndas deſi-
derij vindicte: ꝛ parendo inimicis remit
tēdo iniurias ſic em̄ dulcoratur aīa ꝛ re-
nouat̄. De hoc dicit ſcriptura ſctā. Re-
nouamini ſpiritu mentis veſtre ꝛ indui
te nouū hoiem q̄ ſm deū creat⁹ eſt i iuſti
cia: ſanctitate: ꝛ ꝟitate. ad ephe. iiij. Di
co tertio ꝙ debem⁹ renouari in ore per
verā eloquentiā: ad inſtar aeris poſt iu
diciū: qꝛ tūc erit ita clar⁹ ꝙ nullā habe-
bit obſcuritatē nubiū tēpeſtatē vl' ful
gura. ſic mō renouādū ē os nr̄m vt non
ſint in eo obſcuritates mendacioꝝ: nec
tēpeſtates ꝟboꝝ ſupboꝝ nec fulgura
minarū: nec tronitrua iuramētorum. de
iſta renouatiōe dicit ſcriptura ſctā. No
lite ꝯformari huic ſcl'o ſꝫ reformamini i
nouitate ſenſus vr̄i: vt pbetis q̄ ſit volū
tas dei bona ꝛ beneplacēs ꝛ pfecta. ad
ro. xij. Nota nolite ꝯformari huic ſecl'o.
i. gētibus mūdanis. nota volūtas dei bo
na ꝛ bn̄placens ꝛ pfecta. Nota hic tres
regl'as ꝟboꝝ nr̄oꝝ. Pria ꝙ ꝟba nr̄a ha
beant ꝟitatē: ꝛ iſta eſt volūtas dei bo-
na. ſcd'a ꝙ habeāt charitatē. ꝛ iſta eſt vo
lūtas dei bn̄placita. tertia ꝙ habeāt ſā-
ctitatē et iſta ē volūtas dei pfecta: qꝛ nl'
tū placēt deo ꝑpt̄ primā dicit apl's. de-
ponētes mēdaciū loqmini ꝟitatē vnuſ-
qſqꝫ cū ꝓximo ſuo. ad ephe. iiij. ꝛc. pro-
pter ſctām charitatiuā correctionem di
cit xp̄s: ſi peccauerit in te. i. corā te qꝛ tu
vidiſti frater tu⁹ ꝛc. vade ꝛ corripe ipm
inter te ꝛ ipꝫ ſolū. mat. xviij. ꝑpt̄ tertiaz
q̄ ſunt ꝟba ſctitatis. ſ. laudis dei vl' deuo
te orōnis dicit dauid in pſal. Benedicā
dn̄z in oī tpe: ſp laus ei⁹ i ore meo. ꝛ iſta
eſt volūtas dei pfecta. dico q̄rto ꝙ debe
mus renouari in ope p diligentiā: ad in
ſtar ignis q̄ poſt iudiciū erit clarior ꝛ pu
rior. ſic ꝛ nos in noſtris operib⁹. Aucto
ritas. quomō ſurrexit xp̄s a mortuis ꝑ



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



gloriā patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemꝰ. ad Ro. vj. xp̄s surrexit cum quattuor qualitatibꝰ corporis gloriosi. s. cū agilitate: subtilitate: impassibilitate: ⁊ claritate Sic ⁊ nos in renouatiōe operis ꝑ diligentiā debemꝰ renouari quattuor ꝯditionibus. Primo certā oratione recipere ⁊ ipsam mane ⁊ sero deuote dicere iuxta dictū xp̄i: opꝫ semper orare et nō deficere. Luc. xviij. Nota semꝑ. i. mane ⁊ sero. Scđo ī qualibet hebdomada dñicam seruare audiēdo missam cōplete ⁊ cū silētio: ⁊ ab oī opere seruili abstinēdo. Tertio quolibet mense ꝯfiteri de bono ꝯsilio. Ratio sicut quolibet mēse abluitur camisia corporis etiā quolibet mēse dꝫ lauari camisia aīe q̄ est cōscientia. Quarto quolibet anno in pascha cōicare iuxta dictū christi. Accipite ⁊ māducate: hoc est corpꝰ meū. Mat. xxvj. Et q̄ māducat hūc panē viuet in eternū. Joā. vj. Ecce qualiter, ⁊ quō christus surrexit. Dico q̄nto qđ debemꝰ renouari in intētione ꝑ celestialē eminentiā ad instar celi ꝙ post iudiciū recipiet q̄litates altas ⁊ claras. Sic nos in operibꝰ nostris debemus ordinare intētionē vt sit alta ꝓpter deū ⁊ nō sit bassa ꝓpter mūdana. s. laudē vel vanā gloriam. Sed q̄ sursum sunt querite: nō que super terrā: vt dicit Apl's ad Col. iij. Dic quomodo aliq̄n maiora opera mundi perduntur ꝓpter intentionē sinistrā ⁊ malā. Maius opꝰ quod homo potest facere in hoc mundo propter deum: est ꝓ ipso accipere martyrium. Autoritas. Maiorē charitatem nemo babet: vt aīam suā ponat quis ꝓ amicis suis. Joā. xv. Qđ tn̄ ꝑdit ꝓpter malā intentionē ⁊ sinistram Vbi gratia. de captiuo christiano qui cogitur ad negandū fidē: sed ipsam non vult negare: immo vult citius mori tn̄ nō ꝓpter deū sꝫ ne sibi improperet̄ dicendo renegauit vel vult mori intentione vt reputet̄ sanctus. nihil valet eius mors: quia nō propter deum: sed propter inanem gloriam permittit se interficere. Ideo apost. j. ad Coꝝ. xiij. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā charitatem autē non habuero nihil mihi prodest. Scđm opus maius post martyrium est ingredi religionem ⁊ renunciare voluntati ꝓprie ꝓ deo. sed perditur sinistra intentione q̄n hoc facitis vt filius vester sit abbas vel ep̄s: nihil valet. Idē de monialibꝰ q̄n mittitis filiam vestram in religionem: qꝛ est lippa: vel claudicat. vel gibbosa. vel ne habeat dotem nihil valet. Sed intentio recta parentū debet esse: dicendo: qꝛ nos nō possumꝰ orare nec magnas penitentias facere: ideo dabimus filiū nostrum vel filiā deo vt oret ꝓ nobis ⁊ saluabit se ⁊ nos. Tertiū opus est preliū iustū in quo si moriunt̄ efficiunt̄ martyres: sed perditur mala intentione q̄n fit propter rapinā habendam vel amorē dominoꝝ qꝛ tales si moriunt̄ dānant̄. Sed debēt dicere vadamus: qꝛ iustitia est ꝓ nobis ideo erit vnū de duobus: vel prandebimus incendijs inimicoꝝ nostroꝝ vel in celis ordinibus angelorum. Tales possunt habere corda leonum. Si dicat̄ qđ si nescitur an preliū sit iustū. vel iniustū. R̄nsio ꝙ tūc periculū est maioꝝ qui debent ponere se in ratione. Si autē ratio nō accepte tur: tunc prelium est iustū: sed in incertis obediētia excusat: qꝛ illi qui tracti vadunt ad preliū incerti an iustū sit excusati sunt: ⁊ si moriunt̄ saluantur: quartū opus magnū est remittere iniurias inimicis ꝓpter deū sed perdit̄ sinistra intentione q̄n remissio fit nō ꝓpter deū: sed ꝓpter dn̄m qui vos rogauit meritum ꝑdidistis: qꝛ nō dedistis honorē deo q̄ precepit ꝙ hō remittat: sed nō illi dño. Ideo q̄n aliq̄s dn̄s rogat vos vt dimittatis iniurias debetis r̄ndere nō remittā ꝓpter vos: sꝫ ꝓpter deū vt ipse remittat mihi ⁊c. Dic quō ī morte ostēdit se cuilibet christus di. Ecce q̄d feci pro te ⁊c. Videamus quid fecisti ꝓ me. Hāc renouationē petebat dauid. dicēs. Cor mundū crea in me deus: ⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ps̄. l. Et tunc verificabitur thema. Celum et terra transibunt. Deo gratias.

¶ De eadē dñica. Sermo septimus.

Scitote qꝛ prope est regnū dei. Luce. xxj. Thema ꝓpositū dat mihi motiuū predicandi de quadā materia satis speculatiua. s. ꝓpinquitate dei ad creaturas: sed primo salutet̄

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

virgo maria ꝛc. Scitote qꝛ ꝓpe eſt reg. ꝛc. Modo iuxta intellectũ quē volo per tractare cũ dr regnũ dei eſt cõſtructio in trãſitiua: qꝛ nõ dicit diuerſa: regnũ dei idē eſt qđ regnũ qđ eſt deus ſicut dr regnũ. Arragonie vel Cathelonie. cõſtructio eſt intranſitiua. Jta accipio regnũ dei. i. regnũ qđ eſt deus: ꝛ eſt modus loquēdi ſacre ſcripture in qua deus dr regnũ. poſſeſſio ꝛ hereditas ſanctorũ. Autoritas. dñs poſſeſſio ꝛ hereditas eorũ. Deu. x. ꝛ. xviij. ca. Etiã eſt regnũ ſanctorũ de quo dicit the. ſcitote quia ꝓpe eſt regnum dei quõ ꝛ qualiter deus ſit ꝓpe creaturas: inuenio tres modos ſiue rationes propinquitatis. qm̃ prope eſt.

Primo per ſuã effectiuã operationē.
Secundo per ſuã perceptiuam exauditionem.
Tertio ꝑ ſuã pfectiuã incarnationē.

Ex hoc dicit the. Scitote qꝛ ꝓpe eſt regnũ dei. Dico pᵐo ꝙ dñs eſt ꝓpe oibꝰ creaturis ꝑ ſuã effectiuã opationē. Qm̃ deꝰ ex ſuis opibꝰ eſt ꝓpe ꝛ imediatꝰ creaturis: qꝛ ipſe eſt cã oim creaturaꝝ. Dicit regula phie. Rerũ naturalr ꝓductarũ quedã pmanet ſine cã ſua ꝓductiua. quedã vero minime. verbi grã. De lumine in lucerna accẽſo qđ pmanet ſine cã agēte: ꝛ de caliditate in aqua calefacta. ꝛ de domo q̃ pmanet ſine cã agente. i. ſine magiſtro. qui forte iam eſt mortuus: ꝛ ſic de multis alijs effectibꝰ. Quidã vero alijs effectus ſunt q̃ nõ habēt pmanētiã niſi i pñtia agētis vt aer qui de ſe eſt obſcurus ꝛ tenebroſus ꝛ illuminatr a ſole. tñ neſcit retinere claritatē ſolis niſi in pñtia ipſius. Jdē de camera obſcura a cereo illuminata. Jdē de ſpeculo qđ recipit imaginē ſed ipſam nõ põt retinere niſi in preſentia agētis. ptꝫ regula phie. Modo videamꝰ in theologia q̃ dicit qđ deus eſt agēs ꝛ cã effectiua ꝛ productiua oim rerũ corporali: ꝛ ſpũalium: viſibilium ꝛ inuiſibilium: corruptibiliũ ꝛ incorruptibiliũ. nũquid eius effectus permanet ſine cauſa? Dico ꝙ non: qm̃ niſi deus eſſet preſens ꝛ continue influeret. ſol ſtatim perderet claritatem: ꝛ luna ꝛ ſtelle. Et idē eſt de oibꝰ creaturis. Jõ dicit Greg. ꝙ ſi mũdus nõ retineret manu dei: ſtatim ãnichilaret. iõ eſt ꝓpe ꝛ imediatus cuilibet rei: ſicut lumen eſt ꝓpe aerē quē illuminat. Ecce ergo quõ deus eſt ꝓpe creaturas ꝑ effectiuã opationē. De hoc dicit apl's. Ex ipſo ꝛ ꝑ ipſuꝫ ꝛ i ipſo ſũt oĩa: ipſi honor ꝛ glĩa ad Ro. xi. Nota ex ipſo. ſ. initialr: ꝑ ipꝫ duratiue. ꝛ i ipſo. ſ. ꝯſeruatiue ſũt oĩa. De iſta materia Aug. dat talē conſiderationē. Aia rõnalis eſt pfectio totius corporis ꝛ mēbrorũ eiꝰ: qꝛ ipſa dat virtutē ꝛ opationē ꝛ efficaciã oibus mēbris corpis. Et ſi q̃rar vbi eſt aia. diceret aliqs ignorãs. in capite verũ eſt: ſꝫ nõ ſolũ ibi: vel i corde verũ eſt: ſꝫ nõ ſolũ ibi. Dicit Aug. ꝛ etiã phi ꝙ aia eſt tota in toto corpore: ꝛ tota in qualibet parte eiꝰ nec eſt diuiſibilis ꝑ partes. Sed i capite oſtendit maiores opationes ꝛ pfectiores ꝛ excellẽtiores. Jta deus eſt totus in toto mundo: et eſt totꝰ in q̃libet pte eiꝰ ꝛ i qualibet creatura. Sꝫ in capite. i. in celo empireo oñdit ſe magis ſanctis ꝛ beatis ꝓpter qđ hõ orãdo eleuat oculos ad celũ: lꝫ deus ſit hic ꝛ vbiqꝫ. Sicut ergo aia dimittendo corpus ſtatim corpus annihilatur: ita ſi deꝰ dimitteret creaturas ſtatiꝫ annihilarētur. Legitur Act. xvij. ꝙ apl's venit Athenis: ꝛ volēs extirpare errores phorũ q̃ ponebãt pᵐã cauſaꝫ vel pᵐũ motorē eſſe ſolũ in celis ꝛ nõ in terris. dicit apl's. Nõ lõge eſt deꝰ ab vnoquoqꝫ nrꝫ. Jn ipſo enim viuimus: mouemur: ꝛ ſumus. Act. xvij. Nota. Jn ipſo tñ viuimus ſicut piſces in aqua que nõ ſolũ ad extra cercuit eos: imo intrat intꝰ. Jta diuinitatis in nobis. Scđo in ipſo mouemur ſicut aues in aerē. Tertio i ipſo ſumus ſicut ſtelle in celi firmamẽto vbi habent ſuũ eſſe ita nos in deo: qꝛ intra deũ ſtamus: mouemur: et ſuſtinemur. Ecce qualr deꝰ eſt ꝓpe ꝑ effectiuã opationē. Jdeo dicit Dauid in pſal. Prope es tu dñe: ꝛ oēs vie tue veritas. Pſal. cxviij. Sed eſt hic argumẽtũ in oppoſitũ: quia dicit ſcriptura. Lõge eſt deꝰ ab impijs Prouer. xv. Quõ ergo eſt ꝓpe? Rñdeo ꝛ dico ꝙ dñs dr lõge vl ꝓpe a creaturꝫ dupl'r: vel per diſtãtiã localē vel ꝑ differentiam formalē. Primo modo dicitur lõge Roma vel valētia q̃ localiter multuꝫ diſtat. Nõ poſſumꝰ dicere ꝙ iſto mõ deꝰ ſit lõge: qꝛ ꝓpinqor eſt tibi q̃ᵐ cami-



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſia vel claritas aeri vel color pãno. Hie re.xxiij. Celũ ⁊ terrã ego ipleo: ait dñs. Scdo mõ dicunt eſſe lõge duo pãni q̃rũ vnus eſt delicatus ſubtilis ⁊ bonus. alter rudis ⁊ vilis ⁊ groſſus: lꝫ ſint ſimul: tñ dicunt eſſe lõge ꝑ diſtãtiã ⁊ differentiã formalẽ. Jſto modo dicimꝰ ꝙ deus eſt lõge ab impijs: qꝛ deꝰ eſt ſanctꝰ ⁊ iuſtus: ⁊ impius eſt pctõr ⁊ iniuſtꝰ. Deꝰ eſt humilis: impius ſuꝑbus. Deus eſt liberalis ⁊ miſericors: impiꝰ auarus. deꝰ eſt purus: ille eſt luxurioſus vt porcus. deꝰ eſt charitatiuus: impiꝰ eſt plenus maliciã: deꝰ ſuat põdus ⁊ mẽſurã in ſuis factis: ⁊ impius comedit ⁊ bibit ſine mẽſura. deus eſt benignꝰ ⁊ patiẽs: ⁊ ipius impatiẽs: iniquus ⁊ vindicatiuus. Deꝰ eſt diligẽs in ſuis operibꝰ: ⁊ impiꝰ ocioſus ⁊ negligens. Ecce quõ deꝰ dꝛ lõge nõ ꝑ diſtãtiã localẽ: ſed ꝑ differẽtiã formalẽ, qꝛ ꝑ diſtãtiã localẽ ꝓpe eſt qꝛ deꝰ in oĩbus rebꝰ eſt: qꝛ vbicũq̃ aliqd opatᷣ: ibi eſt: ſꝫ deꝰ vbiq̃ opatᷣ ꝑꝫ illud Eſa. xxvj. Oĩa opa nr̃a opatꝰ eſt i nobis dñe: ẽ deꝰ eſt in oĩbꝰ rebꝰ. de hoc vide. ſ. tho. ſ. ij. q. viij. ar. ſ. Jtẽ deꝰ eſt vbiq̃: vbi. s. ar. ij. ꝑꝫ illud Hiere. xxiij. Celũ ⁊ terraꝫ ego impleo: ideo dicit ꝓpe es dñe. ſ. ꝑ diſtãtiã localẽ: ⁊ oẽs vie tue veritas. Jn oppoſitũ: qꝛ illud qđ eſt ꝓpe alicui nõ indiget vijs ad illud: quare ergo dicit. Et oẽs vie tue veritas. Rñſio ad habẽdũ deum ꝓpe ꝑ eſſentiã pñtiam ⁊ potentiã nõ eſt neceſſaria via aliqua: qꝛ ſemꝑ eſt pñs: ſed ad habẽdũ deũ ꝑ gr̃aꝫ ſũt nobis neceſſarie multe vie. Pria eſt cordis ꝯtritio qñ religioſus ꝯterit dicẽdo. O miſer ego ſum religioſus ⁊c. ꝑ iſtã viã deꝰ venit ad eũ per gr̃aꝫ: lꝫ eſſet iã pñs ꝑ eſſentiã pñtiam ⁊ potentiã. Scda via eſt oris cõfeſſio qñ ſi in cõtritione capiẽdo cõtritionẽ gñaliter inq̃ntũ extendit ſe ad attritionẽ q̃ eſt diſpliceñtia de peccatis informis nõ habuiſti gr̃am: habebis in cõfeſſione: vel ecõuerſo: niſi ſis terribilis ⁊ obſtinatus in mẽte. Tertia via eſt deuota orõ: cogitando ꝙ vides deũ ꝯ te iratũ. Hoc mõ fecit ille publicanꝰ q̃ orãdo dixit: deus ꝓpitiꝰ eſto mihi pctõri ⁊ habuit dei gr̃am: de quo dicit xp̃s. Deſcendit hic iuſtificatꝰ i domũ ſuã. Luc. xviij. Quarta via eſt euangelicalis ꝑdicatio, ad quã multi veniũt pctõres: ſꝫ totũ eſt ꝟtus dei qñ deuote predicatur ⁊ audit attẽte ꝙ frangit cor ⁊ cõteritur ⁊c. et ſic habet gr̃a. Quinta via ẽ elemoſyna ꝓpter deũ recta intẽtiõe facta ⁊ data: q̃ eſt tante ꝟtutis ꝙ ſicut elemoſyna trãſit de manu tua in manũ pauperis: ita gr̃a dei tranſit in te. Sexta via eſt iniuriaꝝ remiſſio qñ fit ꝓpter deũ ne ipſe faciat vindictã de te. Septima via eſt audire miſſam deuote: iõ recipit aqua benedicta i greſſu eccl'ie ⁊ hõ ſignat ſe in fronte ad claudẽdũ intellectũ: ⁊ cor ne hõ cogitet ⁊ os ne hõ loquatur de mundanis. Per hãc viã venit deꝰ ꝑ gratiã vt oſtẽdit xp̃s in die veneris ſctã qñ dixit miſſaꝫ in põtificalibꝰ cuꝫ caſula rubea ſeu ſanguine rubricata. mitra fuit corona ſpinaꝝ. Sãdalia in manibꝰ ⁊ pedibꝰ claui. Dyaconus ⁊ ſubdyaconꝰ fuerũt latrones: acholiti virgo maria ⁊ ioãnes euãgeliſta. in qua miſſa xp̃s cantauit ſepties. propter hoc epĩ in miſſa ſolẽni cantãt ſepties. in qua miſſa multi obtinuerũt gr̃am. qm̃ vt dicit btũs Lu. oĩs turba eoꝝ qui ſimul aderant ad ſpectaculũ illud: ⁊ videbant que fiebãt ꝑcutiẽtes pectora ſua reuertebant. Lu. xxiij. Nota ꝑcutiebãt pectora ſua ex cõtritiõe ⁊ flebãt forte dicẽtes. q̃re ſuſpẽſus eſt ſctũs homo iſte q̃ nuper ſuſcitauit filiũ meũ. ⁊ ſic de alijs: qui forte prius erãt pctõres: ptꝫ ergo quare dicit. oẽs vie tue veritas: qꝛ non ſunt vie falſe. Moraliter ex quo deꝰ eſt ita ꝓpe multũ deberemꝰ timere ⁊ cauere a peccatis. Quis in conſpectu regis cõmitteret furtũ vel homicidium ſiue luxuriã et hmõi: cogitando ꝙ rex videt ⁊c. Mõ leuate oculos. qꝛ deꝰ eſt magis ꝓpe: qꝛ videt oĩa q̃ facitis. Que mulier viro aſpiciẽte per feneſtrã auderet loqui cũ amaſio ſuo ſiue philocapto. Si iſta cogitaremus nõ peccaremus. Jdeo apl's dicit. Modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibus: qꝛ dñs ꝓpe eſt. Ad phil'. iiij. Nota modeſtia. i. conuerſatio vocabulum eſt gñale ad oẽs virtutes: qꝛ dñs deꝰ papa ⁊ rex pñs eſt vbiq̃. Dico ſcdo ꝙ deꝰ eſt ꝓpe ꝑ ſuã ꝑceptiuã exauditionẽ: qꝛ ipſe audit oẽs ſupplicatiões ⁊ orõnes nr̃as quocũq̃ fiãt: ſiue cãtãdo vt faciũt eccleſiaſtici. ſiue loquẽdo: vt faciũt deuoti: ſi

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ne mētalr:vt faciūt ɔtēplatiui.Ecce quõ ꝓpe eſt:ꝟbigr̄a.In miſſa aliqua dicunt cantādo vt introitus.Kyrieleiſon.Gloria i excelſis ⁊c.Aliqua ſecrete vt canõ. aliqua mentalr:vt in p̄mo ⁊ ſcõo memēto.Bñ eſſet ꝓpe q̄ totū hoc audiret.De⁹ eſt ita ꝓpe ꝙ totū audit imo etiā audit affectiões cordis.Dicā vobis h̄ vnū miraculū qõ legit in biblia.Exo.xiiij.qñ filij iſrael exiuerūt õ egipto ⁊ venerūt ad mare vt intrarēt deſertū:rex pharao et oīs ppl's egypti pſequebāt eos ⁊ iudei erāt in quodā paſſu ſtricto ⁊ ad vnā partē erat mõs altiſſimus inacceſſibilis:ad aliā partē habebāt mare rubrū nec poterāt fugere aliquo mõ:iniñi ꝙ ſe reputabāt mortuos:⁊ inceperūt murmurare cõtra moyſen dicentes.Quare eduxiſti nos vt hic moriamur:nunqđ erāt ſepulchra i egypto.Moyſes aūt eleuatꝫ oculis reſpiciebat celū.nõ legitur ꝙ diceret aliqđ ore:ſꝫ corde.Cui rñdit de⁹.Quid clamas ad me.potuit moyſes dicere.O dñe eſtis ita ꝓpe:ego aſpiciebā vos in celo ⁊ vos eſtis hic.Ecce quõ de⁹ eſt ꝓpe ꝑ ꝑceptiuā orõnē vel exauditionem ideo dicit dauid.Deſiderium pauperuꝫ ſcꝫ qui habēt neceſſitatē exaudiuit dominus preparationē cordis eorū audiuit auris tua.pſ.ix.Itē ꝓpe eſt domin⁹ oībus inuocantib⁹ eū:oībus inuocantibus eū in veritate.pſ.cxliiij.Nota omnibus inuocātib⁹ euꝫ in veritate.Quid eſt veritas.Rñdit ph̄s.Veritas eſt adequatio rei ad intellectū:vt ita ſit in re ſicut eſt in intellectu.Quando opus concordat cū ꝟbo tūc eſt ꝓpoſitio vera ꝟbigr̄a.Si ego dico.hodie eſt dies veneris ⁊ ita eſt tunc intellectus adequatur rei alr̄s non.Sic etiā orationes nr̄e nõ ſunt niſi ꝓpoſitiones quas ꝓponimus corā xp̄o.Modo videam⁹ qualiter debēt fieri in ꝟitate vt.ſ.intellectus quē dāt fiat in ꝟitate ſeu cõcordet cū ꝟitate ꝟbigr̄a. qñ in orõne dicitis xp̄o dñe dñe:tūc iuitis ꝙ ipſe eſt dñs vniuerſoꝝ:⁊ ita eſt.iõ faciatis ꝙ opus ɔcordet ad extera:ne recurratis ad ſuos inimicos.ſ.ſortilegos ⁊c.Scõo in orõne ip̄m laudatis:⁊ cõmēdatis:q2 laudabilis ⁊ cõmendabilis eſt ⁊ glo'ſus.Ideo ɔcordet opus ad extra ne ꝑ ip̄m iuretis inuanū nec falſum nec blaſphemetis ip̄m ⁊c.Tertio in oratiõe petitis ab eo ꝓuiſionē ⁊ abundantiā bonorū tpaliū:ɔcordat opus ad extra quādo ſeruatis dñicam:q2 dño q̄ ꝓuidet dꝫ homo facere aliqđ ſeruitiū:alr̄s aufert ꝓuiſionē quarto dicitis in oratiõe.Pater nr̄.ɔcordat opus ad extra qñ honoratis patres veſtros corde ore:⁊ ope ⁊c. Quinto in oratiõe petitis ⁊ dicitis.Dimitte nobis debita nr̄a:ɔcordat op⁹ ad extra qñ remittitꝭ iniurias inimicis veſtris.Ecce quare dicit.Prope ē dñs oībus inuocantib⁹ eū in ꝟitate.Sed ſunt multi q̄ nõ in ꝟitate:ſed falſitate ipſum inuocāt qñ op⁹ ad extra nõ cõcordat cū dictis:de q̄b⁹ dicē ꝓpheta.Plātaſti eos ⁊ radicē miſerūt:ꝓficiūt ⁊ faciūt fructū. Prope ē tu ori eoꝝ:⁊ lõge a renib⁹ eoꝝ Hiere.xij.Nota plātaſti eos.ſ.in iardino eccl'ie.ſ.i baptiſmo.In quo de nemore ade trāſplantant in iardino ſiue viridario eccl'ie xp̄i:⁊ radicē miſerūt.ſ.in terrā ⁊ nõ in celū.ꝓficiunt.ſ.in diuitijs:honorib⁹ ⁊ officijs:nec cõtentant ⁊ faciunt fructū.ſ.filioꝝ ⁊ filiaꝝ.ꝓpe es tu ori eorum:q2 quotidie dicunt.domine dñe ⁊c. ⁊ longe a renibus eorum.i.ab operibus Sed quare non dicit longe a pedib⁹ vel tibijs eorum:ſicut dicit a renibus q2 dicit beatus Grego.ꝙ radix luxurie in renibus cõſiſtit propter qđ peccatū deus elongatur a natura humana plus ꝙ̄ ab alijs peccatis:q2 plurimi dānantur iſto peccato.Dicit gloſ.Remigij ſuper illo verbo xp̄i.Sinite paruulos venire ad me ⁊c.Tanta eſt labes luxurie in humano genere ꝙ maior pars ſaluādorū creditur eſſe puerorum innocentum.Ecce quare dicit longe a renib⁹.Dico tertio ꝙ deus dr̄ prope per ſuā perfectiuā incarnationem:q2 amore noſtri voluit incarnari.Ante ſuā incarnationem maior diſtantia erat inter deū ⁊ hoīem loquēdo de diſtantia formali:nõ aūt locali:ꝙ̄ inter aurū ⁊ lutum:inter angelū ⁊ aſinū inter ſolem ⁊ lapidem:et inter celum et terrā.Ideo dicit Eſa.in perſona dei.ſicut exaltantur celi a terra.ſ.ſine menſura:ſic exaltate ſunt vie mee a vijs vr̄is: ⁊ cogitatiões mee a cogitationib⁹ vr̄is. Eſa.lv.Sed per ſuam benedictaꝫ incarnatione factus eſt nobis ita prope nos



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſolū ꝑ effectiuā opatione: nec ꝑ ꝑceptiuā
exauditionē: qꝛ ex his deꝰ nō ē hō: lꝫ ſit
in hoie nec eſt hō deꝰ: ſꝫ ꝑ īcarnationem
deꝰ ē hō: ⁊ hō eſt deꝰ. ſ. vnitate ꝑſone: ⁊ i
iſto ſtat nr̄a ꝑfectio ⁊ ēt totiꝰ mūdi: dn̄t
geometrici ꝙ figura ſpherica ſiue circu-
laris nūq̄ eſt ꝑfecta quouſq̄ finis iun-
gat ꝑncipio r̄ōa eſt geometrie. Sciatꝫ ꝙ
deꝰ fecit totū mūdū in figura ſpherica ſi
ue circulari. ſ. ſtellas ⁊ elemēta ⁊ celū et
terrā lꝫ ī alia figura potuiſſet feciſſe: per
fectio igit̄ mūdi ī hoc ſtabat vt finis vni
ret ꝑncipio: ⁊ ecōuerſo ꝑncipiū mūdi eſt
deꝰ nec aliq̄s diceret oppoſitū. finis fuit
hō. qꝛ vltimo fuit creatꝰ. p̄ria die deꝰ fe-
cit lumē. Scd̄a firmamētū. tertia plane-
tas. quarta ſolē ⁊ ſtellas. q̄nta aues ⁊ pi
ſces. Sexta aīalia ⁊ hoiem: figura ḡ cir-
cularis fuit ꝑfecta qn̄ finis. ſ. hō fuit vni
tus ꝑncipio: ſcꝫ deo ꝑ benedictā incarna
tionē. Ex hoc opinant̄ aliq̄ doctores ꝙ ſi
adā nō peccaſſet ēt deꝰ incarnatꝰ fuiſſet
ad dādū ꝑfectionē ſuis opibus. Jō dicit
ipſe deꝰ. Audi me iacob ⁊ iſrl̄ quem ego
voco. ego ipſe: ego p̄riꝰ ⁊ ego nouiſſimꝰ
Eſa. xlviij. Nota ego ꝑmus. i. ego ſum
deꝰ: ⁊ ego nouiſſimꝰ. i. ego ſum hō. Et de
iſta ꝓpinquitate dicit. Eſa. lj. Prope eſt
iuſtꝰ meꝰ: ⁊ egreſſus ē ſaluator meꝰ. No
ta egreſſus eſt. ſ. de celo vt radius a ſole
qui licet veniat in hūc mūdū: tn̄ nō rece-
dit a ſole. Septima die martij exiuit ⁊ ve
nit ad nos: via per quā venit ad nos eſt
virgo maria de qua dicit Bern̄. Uirgo
egregia ipſa eſt via regia per quā ſalua
tor venit ad nos ⁊ iā ābulauit in noſtra
humanitate tot dietas. dicatur quot ⁊ in
die natiuitatis intrauit mūdū. Ecce q̄no
eſt ꝓpe iuſtus ⁊ ſaluator noſter. Stetit
in via. ſ. in vtero virginis. cclxxvij. diebꝰ
Jdeo ſicut qn̄ domina honorabilis dꝫ
parere: parentes: fratres: ſorores: ⁊ ami
ci parant gallinas: ſalſam: ⁊ bonum vi-
nū: ⁊ ſibi preſentant in partu. Sic virgo
grauida magna dn̄a cito eſt paritura q̄d
ſibi preſentabilis: quia non indiget gal
linis ⁊c. Sed p̄ntate ſibi Aue maria de-
uote dicatis tot q̄t diebus ipm̄ portauit
in vtero. ſ. cclxxvij. ⁊ totidē pater noſter
⁊ poteritis in die natiuitatis recipe filiū
eiꝰ pānis inuolutū in ſacr̄o altarꝫ cōicā
do. Jdeo occurramus ei per diligentem
vite preparationem quia prope eſt ut ve
niat tp̄s eius ⁊ dies eius nō elongabun
tur. Eſa. xiiij. Deo gratias.

¶ Dominica tertia. Sermo primus.

TU es qui vētu
rus eſt an aliū expectamꝰ.
Mat. xj. Sermo nr̄ erit de ſā
cto euāgelio hodierno. Si
placet deo multas habebimus doctri-
nas ſpeculatiuas ⁊ morales. Sed ꝑmo
ſalutet̄ v̄go maria ⁊c. Tu es q̄ ven. ⁊c.
Scd̄m euāgeliū hodiernū in ſumma cō
tinet vnā ambaſiatā quā. b. Jo. bap. mi
ſit dn̄o nr̄o ieſu xp̄o. rex aūt herodes in
carcerauit. ioā. bap. eo q̄d reprehēdit eū
de graui pctō di. Non licet tibi habere
vxorē fratris tui philippi. Marc. vj. Et
cū eſſet ī carcere audiuit mirabilia ⁊ mi
racula q̄ chriſtus faciebat: qui vocauit
duos diſcipl̄os di. eis. Jte ad xp̄m ⁊ di-
cite ſibi. Tu es qui venturus eſt an aliū
expectamus. Hoc thema hꝫ magnā dif
ficultatē in theologia. Qm̄ certū eſt ⁊ pꝫ
ex multis auctoritatibꝰ euāgelicis ꝙ. b.
ioā. bap. anteq̄ eſſet captꝰ firmiter credi
dit ⁊ affirmauit ꝙ xp̄s erat verꝰ meſſias:
⁊ ſaluator mūdi ī lege ꝓmiſſus: verꝰ deꝰ
⁊ hō: qꝛ cū eēt adhuc ī vtero mr̄is ſue co
gnouit chriſtū in vtero mr̄is exiſtentē et
exultauit ⁊ tripudiauit: vt dicit. b. Ber.
ꝓpter ꝙ dixit eliſabeth v̄gine marie. Ex
q̄ facta eſt vox ſalutatiōis tue ī auribus
meis exultauit ī gaudio infans in vtero
meo. Luc. j. Sup quo dicit tho. de aq̄. de
ordie predicatoꝝ in quarto ſn̄iaꝝ: q vſꝰ
rōnis fuit accelleratꝰ in btō ioā. bap. in
vtero matris. pꝫ ḡ ꝙ habuit certā ⁊ cla
rā ſciētiā ⁊ cognitionē d̄ ſaluatore āteq̄
fuiſſet natꝰ. Jtē poſtq̄ ioānes exiuit de-
ſertū: dū p̄dicaret ⁊ baptizaret circa ior-
danā chriſtus venit ⁊ ioānes ipſum oſtē
dit di. Ecce agnꝰ dei: ecce q̄ tollit pctā mū
di: hic eſt de q̄ dixi. Poſt me vēturꝰ eſt ⁊
an̄ me factꝰ eſt: qꝛ p̄or me erat: ⁊ ego ne-
ſciebā eū. Jo. j. Jtē qn̄ venit ad eū vt ba
ptizaret̄ ab eo quē ioānes ſpū ſancto in
ſpiratus cognouit ⁊ dixit. Dn̄e ego a te
debeo baptizari ⁊ tu venis ad me. Mat.
iij. ecce baptiſta cōtremuit ⁊ non audet
tāgere ſctm̄ dei verticē: ſꝫ clamauit cū tre
more ſctifica me ſaluator. iſta eſt forma

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana



quā tenuit io. baptizādo christū. Tertio poſtꝗ̄ christ⁹ fuit baptizat⁹ celū fuit apertū: ⁊ ſpūſſctūs deſcēdit ſup eum corpali ſpē ſicut colūba ⁊ vox dī p̄ris ītonuit dī. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ ī ꝗ̄ mihi ꝯplacui. Mat. iij. De hoc dicit ipſemet Jo. Ego vidi ⁊ teſtimoniū ꝑhibui. qꝛ h̄ eſt filius dei. Jo. j. Ecce qūo erat certus de ipſo. Quarto qn̄ iudei voluerūt ſe certificare de meſſia. ioā. dixit eis ꝙ ipſe oñderet eū ipſis ⁊ dū ſemel chriſt⁹ trāſiret ſol⁹ cum ioā. p̄dicabat dixit ioā. pplo. Ecce agn⁹ dei ecce ꝗ̄ tollit pctā mūdi. Jo. j. ꝗ̄ Joā. anteꝗ̄ eſſet captus ab herode firmā ⁊ indubitabilē credulitatē habuit de xp̄o: iō eſt hic difficultas: mō qꝛ qn̄ fuit captus miſit chriſto ambaſiatam ac ſi dubitaret ipſum eſſe ſaluatorē dicēs. Tu es ꝗ̄ ventur⁹ es ⁊c. Jd o ſermo noſter erit ad declarādū hāc difficultatē: ꝓ quo notādū ꝙ tres magni doctores eccl̄ie declarant iſtā magnam difficultatez diuerſimode. P̄rio chriſoſtom⁹. ſcd̄o amb. tertio greg. Tñ ꝯcordāt in hoc ꝙ. b. ioan. nō querit Tu es ⁊c. vt eſſet dubius de chriſto immo ſicut ante captionē erat cert⁹ ꝙ chriſtus erat ſaluator ita ⁊ poſt captionem ergo quare miſit chriſto ambaſiatā dicens. Tu eſt qui venturus es ⁊c.

Chriſoſto. dicit ꝙ hoc fecit per charitatem fraternalem.
Amb. dicit ꝙ hoc fecit per fidelitatem cordialem.
Grego. dicit ꝙ hoc fecit per dignitatem perſonalem.
Beatus ioannes miſit chriſto dicēs. Tu eſt qui venturus eſt an alium expectamus.

¶ Quantū ad primū dicit chriſo. ꝙ hoc fecit ioannes ex charitate fraternali: et iſta expoſitio eſt magis cōis. Beat⁹ ioā. habebat ꝗ̄ plures diſcipulos qui nō credebāt chriſtū eſſe verꝫ meſſiaz: imo reputabāt ioā. meliorē ⁊ ſanctiorē chriſto: rō qꝛ cōparabāt vitā ioannis vite chriſti dicendo magiſter noſter ioannnes fuit in deſerto. xxv. annis in magna penitētia: non comedit panem nec bibit vinū: ſed eius cibus erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre: bibit aquā: dormiuit ſuper terrā indutus fuit pellibus cameloꝝ: erat valde macer ⁊ ſolitari⁹. Ideo credebāt ipſuz eſſe ſaluatorē mundi. Ex alia parte videbāt vitam xp̄i cōez. qꝛ comedebat ⁊ bibebat de his que ſibi dabanꝫ. Induebāt de panno nō ſolum vna tunica ſed quattuor: et morabaꝫ inter gentes: ecce rō dubitationis eorum. ſed errabant ex ignorantia. Qm̄ ſanctitas vite nō conſiſtit in aſperitate ſolū: lꝫ ſit bona: qꝛ ſi ſic nullus eſſet ſanctior diabolo qꝛ nullus facit tāta ieiunia. qꝛ ipſe nūꝗ̄ comedit nec bibit: nec dormit nec induitur diſciplinatur quotidie ⁊c. Aſperitas vite bona eſt ad refrenandū malas inclinatiōes quas xp̄s nō habebat: ſꝫ vita chriſti fuit exēplaris: qꝛ taliter in hoc mundo viuere voluit vt daret oībus ſpem ſaluationis. P̄rimo. xxx. annis voluit eſſe in domo cū nutritio ſuo ioſeph laborādō vt daret exēplū ⁊ ſpem ſaluationis laboratoribus ⁊ miniſtralibus ꝙ ſi volūt bene ⁊ fideliter operari ⁊ tenere bonā vitam p̄nt ſaluari. Scd̄o qn̄ fuit. xxx. annoꝝ intrauit deſertū vbi tenuit vitā ſolitariā magis durā ⁊ aſperā ꝗ̄ ioannes vbi ſtetit. xl. diebus ꝙ nihil comedit nec bibit: dormiuit ſup terram nudā. dādo exēplū heremitis ⁊ ſpem ſaluationis ſi volūt ſeruire deo bn̄ ⁊c. Tertio poſt hoc tenuit vitam paupis mendicantis eūdo: predicādo ⁊c. Circūſpectis oībus. Mar. xi. glo. An aliquis ipſū inuitaret ad prandiū amore dei: al's ibat ad domū marthe ſeu magdalene vel comedebat de cibis crudis ⁊c. dādo ſpē ⁊ exēplum mendicantibus ⁊c. Quarto paſuit multitudinē magnā hoīm ⁊ mulieruz in deſerto. Jo. vj. Dādo exemplū dn̄is prelatis et diuitibus: vt faciāt magnas elemoſynas ſi volūt ſaluari. Quīto qñꝗ̄ fugiebat gētes: dādo exemplū debilib⁹ ne ſtent inter pctōres: et cadāt in pctā: ſed fugiāt cōſortium ⁊c. Sexto qñꝗ̄ ſtabat cū peccatoribus et publicanis. Lu. v. et inter infirmos et imperfectos ad corrigēdum oēs dādo exemplū perſonis bonis ⁊ pfectis ⁊c. Sed beatus ioānes tenuit vitā vniformē: qꝛ nō ptinebat ad eū vt eſſet tā exēplaris ſicut xp̄s ꝓpter quod eius diſcipuli decipiebanꝫ coparādo vitā ioānis vite chriſti. Uidēs ergo ioānes ꝙ diſcipuli ſui erant ſic increduli immo etiaꝫ inuidebant chriſto zelantes ꝓ magiſtro ſuo: cui dicebant. Rabbi qui erat

Esta reproduccion ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

tecũ trãs iordanẽ: cui teſtimoniũ ꝑhibui
ſti: ecce h̄ baptizat ⁊ oẽs veniũt ad euʒ.
Rn̄dit Ioã. In hoc gaudiũ meũ imple-
tũ eſt. Illũ oʒ creſcere: me aũt minui. io.
iij. Ideo. b. ioã. ſciẽs ꝙ in breui erat mo
riturus nolẽs ſuos diſcipl'os relinquere
in tali ſtatu incredulitatis: iõ ex charita
te fraternali miſit illos ad ih̄ʒ: vt ab ip̄o
certificarent̄ de veritate. q. d. nõ verecũ-
demini: imo ex ꝑte mea interrogate ip̄m
quaſi vellet dicere ioãnes. ego nõ poſſẽ
vel nõ poſſum iſtos ꝯuertere: ſʒ ipſe ſta-
tim ꝯuertet eos: ⁊ hoc ꝑʒ ex chriſti rñſio
ne. Qm̄ vt dicit Luc. xp̄s corã diſcipl'is
ioãnis predicauit ppl'o: ⁊ laudauit ⁊ cõ-
mẽdauit multũ pauꝑtatẽ volũtariã di.
Beati paupes ſpũ: qm̄ ipſoꝝ eſt regnuʒ
celoꝝ. Mat. v. Deinde poſt ſermonẽ ſa-
nauit multos īfirmos: cecos ⁊ claudos:
ſurdos leproſos ⁊ ſuſcitauit mortuos. ꝙ
fctõ dicit ambaſiatorib⁹ ioãnis. Euntes
renũciate ioãni q̄ audiſtis ⁊ vidiſtis: ce
ci vidẽt: claudi ambulãt: leproſi mũdan
tur. ſurdi audiũt: mortui reſurgũt: paupe
res euãgelizant̄: ⁊ btũs eſt qui nõ fuerit
ſcandalizatus in me. Qui recepto a xp̄o
ꝯgerio redierũt ad ioannem cum illa re
ſpõſione. Cui dixerunt ꝙ xp̄s non: rñdit
ad eos vel ad eoꝝ queſtionẽ. Immo di
xit ioannes. reſpõdit vobis clare facien
do coram vobis ſigna ⁊ miracula q̄ de-
bebat facere meſſias. de q̄b⁹ Eſa. Tunc
ſcʒ t̄pe regis meſſie aperient̄ oculi cecoꝝ
i. ceci videbũt: et aures ſurdoꝝ patebũt
i. ſurdi audiẽt. tũc ſaliet ſicut ceru⁹ clau-
dus: ⁊ aperta erit lingua mutoꝝ. Eſa.
xxxv. Et dixerũt diſcipuli. quid eſt quod
dicit paupes euangelizantur. Quib⁹ re-
ſpõdit ioannes. Ecce de hoc quid dicit
Eſa. in ꝑſona regis meſſie. Sp̄us dñi ſu
per me eo ꝙ vnxerit me. Ad annũciãdũ
mãſuetis miſit me: vt mederer contritos
corde ⁊ predicarẽ captiuis indulgẽtiam
⁊ clauſis apertionẽ ⁊c. Eſa. lxj. Ecce hic
ratio quare ioannes miſit diſcipulos ad
ieſum ſcʒ ex charitate ⁊ nõ ex ſui dubita
tiõe: vt in chriſti cõmẽdatione. Qm̄ poſt
ꝙ̄ diſcipl'i receſſerũt a chriſto: qꝛ ipſi co-
rã ppl'o dixerũt chriſto ex ꝑte ioannis tu
es qui ⁊c. Populus potuit dubitare ⁊ di
cere intra ſe. Nunquid ioannes dixerat
de iſto ꝙ erat meſſias ⁊ mõ dubitat ⁊c.

Ideo poſtꝙ̄ xp̄s ſatiſfecit diſcipl'is ioã-
nis v̄bis voluit etiã ſatiſfacere ppl'o di.
Quid exiſtis in deſertũ videre ⁊c. ſcilʒ
tũc qñ ioãnes p̄dicabat. Arũdinẽ vento
agitatã. Nõ credatis ꝙ ioãnes dubitet
de me ⁊ forte xp̄s dixit ppl'o rõnẽ quare
ioãnes miſerat ad eum ſuos diſcipl'os.
Hoc mõ xp̄s eiecit diſcipl'os ioãnis de
errore ⁊ ppl'm de falſa opinione: ⁊ ꝓui-
dit oĩbus. Moral'r btũs ioãnes bñ cura
bat de illuminatione ⁊ ſaluatione oĩm
ſʒ p̄cipue domeſticoꝝ ⁊ diſcipuloꝝ ſuoꝝ
dãdo nobis exemplũ ꝙ nõ ſolũ debem⁹
curare de propria ſaluatione: ſed etiam
oĩm alioꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ. Uerbi
gratia. Si vir ſit bon⁹ ⁊ deuotus ⁊ vxor
ſit vana ⁊c. non debet dicere vir quid ad
me de vxore mea: ſʒ dʒ laborare vt ip̄am
conuertat: ⁊ cõuerſo. Ideo dicit apoſto
lus. Sanctificatus eſt vir infidelis ꝑ mu
lierẽ fidelem: ⁊ ſanctificata eſt mulier in
fidelis per virũ fidelem. j. ad Coꝝ. vij. vt
ſepe ꝯtingit. Item filios ⁊ filias nõ ſolũ
debetis curare vt ſint bene induti ⁊ paſti
ſed etiã vt ſint bene nutriti vt ſaluentur.
Ideo quando ſunt parui ſunt nutriendi
taliter. Ideo bona mater tenetur eos do
cere paternoſter ⁊c. Qꝛ ſicut bonus hor
tolan⁹ adaptat arbores teneras ⁊c. Se
cus de iam magnis: que non poſſunt ni
ſi per ignem adaptari. Ita vos de matri
monio eſtis hortolani qui plantatis ar
bores in horto vel iardino chriſtiani ta-
tis: ideo ⁊c. Propter hoc dicit ſcriptura
ſancta. Patres nolite ad iracũdiã ꝓuo-
care filios veſtros: ſed educate illos in
diſcipliã ⁊ correptiõe. Ad Ephe. vj. Itẽ
ſi habetis famulos et ancillas tenemini
ſaluationem eoꝝ ꝓcurare ſcʒ vt confiteã
tur ⁊c. ⁊ faciant penitentiã ⁊ audiãt miſ
ſam ⁊ cõicent ⁊ non dicatis ſufficit ꝙ ſer
uiant mihi immo dicit ſcriptura ſancta.
Si quis ſuorũ ⁊ maxime domeſticorum
curã nõ habet fidẽ negauit: ⁊ eſt infideli
deterior. j. ad Thi. v. Quantũ ad ſcõm
dicit btũs Amb. ꝙ ioãnes miſit diſcipu
los ſuos ad xp̄m ꝑ fidelitatẽ cordialem
Sciens beatus ioannes ꝙ ꝯfeſſio fidei
eſt ſumme neceſſaria ad ſaluationẽ. De
quo ſupra vide in ſer. vlti. dñice p̄me ad
uentus: qꝛ deus non ſolum vult fidẽ cor
dis firmã: ſed vult etiã ꝙ reuerẽter con-

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſteaꝛ oꝛe:⁊ eſt tãte virtutis ꝙ ducit homi
nẽ ad bonũ finem ⁊ ſaluationem: Aucto.
Si cõfitearis in oꝛe tuo dñm ieſum ⁊ in
coꝛde tuo credideris ꝙ deus illũ ſuſcita
uit a moꝛtuis: ſalu⁹ eris. Coꝛde eñ cre-
ditꝛ ad iuſtitiã: oꝛe aũt cõfeſſio fit ad ſalu
tẽ. Ad Ro.x. Tota fides xp̃iana cõſiſtit
in Credo. Dicatꝛ ſi ego ſum in pctis: nũ-
qd ego ſalu⁹ ex ꝯfeſſiõe fidei ⁊c. Rñdeo
ꝙ ſic qꝛ fides qñ firmiter creditꝛ ⁊ deuote
cõfiteꝛ inducit hoiem ad cõtritionẽ: nec
permittit hominẽ moꝛi ſine vera penitẽ
tia. Deuotio eñ vt dicit .s. Tho. ij. ij. q.
lxxxij. ad ſcðm eſt pinguedo anime cau-
ſata a charitate ⁊ cõſeruans eam. Et eſt
actus religionis ⁊ virtutis Jdeo ioãnes
qui quotidie expectabat: moꝛtẽ: fidẽ quã
habebat in coꝛde de xp̃o voluit ipſi xp̃o
oꝛe cõfiteri coꝛã iudeis: ⁊ qꝛ per ſe nõ po
terat: qꝛ in vinculis erat. Jdeo miſit di
ſcipulos ſuos di. Tu es qui vẽturus es
hic eñ verſus terminatꝛ aſſertiue di. Jo
annes credit firmiter ꝙ tu es ille q̃ erat
venturus: ⁊ mõ per nos confiteꝛ oꝛe. An
aliũ expectam⁹: nõ. q. d. nõ expectamus
aliũ de q̃ dicit ipſemet xp̃s iudeis. Ego
veni in nomine patris mei et nõ accepi-
ſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo
ſcꝫ antixp̃s: illũ accipietis. Joan. v. Jſto
mõ an aliũ expectamus: non eſt queſtio
dubitatiua: ⁊ ad iſtud ꝓpoſitũ facit re-
ſpõſio xp̃i infoꝛmãdo pplm oſtendendo
⁊ faciẽdo ſigna ⁊ miracula que meſſias
debebat facere: et cõmendãdo Joannẽ
di. Quid exiſtis in deſertũ videre? homi
nem mollibus veſtitũ. Ecce qui mollib⁹
veſtiũtur in domibus regũ ſunt ⁊c. q. d.
Jam videtis ꝙ adulatoꝛes ſeu ioculato
res adulanꝛ regibus ⁊ dñis vt habeant
veſtes: quaſi velit dicere xp̃s. Non cre-
datꝫ ꝙ ꝓpter adulationẽ Joãnes dicat
mihi. Tu es qui ⁊c. ſperans a me veſteꝫ
habere. Jdeo poteſtis ſibi credere indu
bitãter. Dic hoc quod xp̃s dicit. Ceci vi
dent ⁊c. Ecce qũo ſm Amb. fuit amba-
ſiata Joannis ad Chriſtum ex fidelita-
te coꝛdiali. Moꝛaliter inſtruimur hic vt
omnes ſciatis. Credo in deũ. ⁊ quolibet
die ipſum cõfiteamini mane ⁊ ſero cũ ꝓ-
teſtatiõe. Hoc tñ dꝫ fieri maxime in ꝑti
culo moꝛtis: ſiue per ſe ſiue per alios in
perſona ſua: qꝛ tũc demõ tẽtat maxime
de fide faciẽdo ſuas falſas rationes di.
Qũo tu potes credere. ⁊ turbat intelle-
ctũ et tentat de fide que eſt fundamen-
tũ: qð ſi cadit: totũ edificiũ virtutis ruit.
Ue terre. i. hominibus terreni ⁊ mari. i.
hoibus luxurioſis: qꝛ deſcẽdit diabolus
ad vos habẽs irã magnã: ſciẽs ꝙ modi
cũ tp̃s hꝫ. Apo. xij. Jõ i noſtro ſctõ oꝛdi
ne. ſ. p̃dicatoꝝ eſt laudabilis cõſuetudo
ꝙ qñ aliqs frater debet moꝛi pulſatur ta
bula: ⁊ oẽs fratres veniũt ⁊ cõfitentur fi
dẽ ꝓ infirmo di. Credo in deũ ⁊c. Jdeo
Joãnes qñ debuit moꝛi voluit fidẽ xp̃o
ꝯfiteri. ſic debemus nos facere. Nos ha
bentes eundẽ ſpũm fidei ſicut ſcriptum
eſt. Credidi ꝓpter qð locut⁹ ſum: ⁊ nos
credidim⁹ ꝓpter qð ⁊ loquimur. ij. Ad
Coꝝ. iiij. Quãtũ ad tertiũ dicit. b. greg.
ꝙ Joãnes miſit diſcipulos ſuos ad xp̃ꝫ
per dignitatẽ perſonalẽ. Sciebat Joan-
nes ꝙ xp̃s merito ſue paſſiõis liberaret
omnes ſibi credẽtes et obediẽtes in hoc
mundo et etiã moꝛtuos in limbo exiſten
tes ex prophetia zach. Tu quoqꝫ in ſan
guine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos
de lacu in quo non eſt aqua. zach. ix. No
ta in ſanguine teſtamenti tui: ſcilicet
noui per moꝛtem cõfirmati. Joãnes au-
tem qui optime ſciebat iſtam prophetiã
ſciebat ꝙ ſancti patres ſanguĩe Chriſti
erant liberandi. Sed dicit Gregoꝛius ꝙ
Joannes neſciebat an chriſtus ipſe per
ſonaliter deſcenderet ad limbũ an mitte
ret aliquem angelum. Jdeo quia Joan
nes erat cito moꝛitur⁹ voluit ſcire a chri
ſto: vt ſicut ipſe Joannes in hoc mũdo
habuerat dignitatẽ precurſoꝛis: ſic etiã
hanc dignitatem haberet in alio mũdo
in limbo. Jdeo per diſcipulos volens ſe
certificare di. Tu es qui vẽturus es ⁊c.
vnde nõ de preterito ſed de futuro que-
rit. Et ad hoc tendit chriſti reſponſio: qꝛ
et ſi mira faciat: tamen abiecta perpeti
non dedignatur: propter hoc dixit Chri
ſtus diſcipulis Joannis. Dicite ioanni
Beatus inquit qui non fuerit ſcandali-
zatus in me: quia ego volo perſonaliter
illuc deſcendere. Modo cogitate quale
gaudium fuit ſanctis patribus quando
Joannnes eis nunciauit aduentum xp̃i
perſonaleꝫ. Ex iſta ratione xp̃s vocauit
Joanneꝫ ꝓphetã dicens populo. Quid

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

exiſtis videre ꝛc.ſcȝ qn̄ veniebatꝭ ad ſer
mones Joānis ꝓphete:etiā dico vobis
pluſq̄ ꝓphetā.Propheta erat qn̄ viuꝰ
prophetabat viuis.ſed pluſq̄ propheta
qn̄ mortuꝰ ꝓphetauit mortuis:q2 hoc ſo
lū cōuenit angelis:Jdeo etiā ex hoc Jo
annes dictꝰ eſt angelꝰ dicēte deo prē fi
lio ſuo de Joanne.ecce ego mitto ange
lū meū añ faciē tuā.Malach.iij.Mitto
nō ſolū in hoc mundo:ſed etiā in alium
ſcȝ in limbū.Moraliter inſtruimur hic
ioannes aūt fuit ꝓpheta in hoc mūdo:
ſed nō fuit cōtentꝰ ſed etiā voluit ꝓphe
tare in alio mūdo.Hic habemꝰ exēplū ꝙ
in hoc mūdo habemꝰ dignitates:prela=
tiones:excellentias officia ꝛ diuitias ꝙ
nō ſumꝰ cōtenti.ſed faciamus ꝙ in alio
mūdo habeamꝰ honores ꝛ dignitates
in ꝑadiſo:alr̄s modicū valeret:ꝛ ſtultuȝ
eſſet velle honorari in hoc mūdo ꝛ nō in
alio.Nō audite hiſtoriā inter multos
ſtultos quō vnꝰ fuit ſapiēs. Noueritis
ꝙ i q̄dā pr̄ia erat talis ꝯſuetudo ꝙ quo
libȝ āno faciebāt vnū ducē q̄ q̄ꝺdiu erat
in dignitate habundabat ꝛ dabat ſe de
licijs ꝛc.ꝛ trāſacto anno eijciebatur nu
dus in exiliū ad quandā inſulā vbi mo
riebat̄ fame.O dixit vnus.Ego ſcio q̄d
faciā.vnde cū eſſet in dignitate ꝛ hono=
re ꝓuidit vt poſt haberet vnde viueret.
Quis ipſoꝝ fuit ſtultus vel ſapiens:iſte
vel illi q̄ dixerūt.ex quo tā parū durat:
ſatiſfaciā delectationibꝰ meis per om=
nez modū ꝛc.an ille q̄ dixit.Ex quo iſta
parū durant:prouidebo mihi in futurū
ꝛc.Jta de nobis dignitates:beneficia ꝛ
officia huiuſmodi paruȝ durāt.ideo ꝓ
uide ꝛ mitte in aliū mūduȝ bona opera
ꝛ hic caſtiga te:ſcȝ humiliādo:deponen
do pompas:ſuperbiam:exceſſus veſtiū
caudaꝝ:manicaꝝ ꝛc.ꝛ mitte elemoſynā
dando pauꝑibus:captiuis:puellis : ec=
cleſijs ꝛc.Et qn̄ illi in hoc mūdo ſe dāt
delicijs moriunt̄ i alio mūdo fame:vos
aūt abundabitꝭ ꝛ ſedebitꝭ in mēſa Chri
ſti.Ecce exēplū qd̄ hic habemꝰ a beato
Joāne:de quo dicit chriſtꝰ Jnter natos
mulierū non ſurrexit maior ioanne ba=
ptiſta.Matth.xj. Tn̄ nō fuit cōtentus:
ſed voluit etiā eſſe in alio mūdo magnꝰ
Jdeo curemꝰ de alia vita. Juxta illud
apo.ad Coll.iij. Que ſurſuȝ ſunt q̄rite:
vbi Chriſtꝰ eſt i dextera dei ſedēs: q̄ ſur
ſum ſunt ſapite:non q̄ ſuper terram.

¶De eadem dominica. Sermo.ij.

CEpit Jeſus
dicere ad turbas de Joā
ne Mat.xj. Jn p̄nti ſermo
ne volo declarare virtu=
tes neceſſarias ad pſeue
randū in bona vita ꝛ ſancta illis qui in
ceperūt.Sed primo ſalutet̄ ꝟgo Maria
ꝛc.Cepit Jeſus ꝛc.Pro huiꝰ ꝟbi decla=
ratione ꝛ materie predicande introdu=
ctione ſciēdū ꝙ quedā dixit chriſtꝰ Joā
ni quedā vero dixit chriſtꝰ de Joanne.
Joāni dixit chriſtꝰ ꝑ nūcios opa mira=
culoſa.De quibꝰ dixit ſctm̄ euangeliuȝ.
Renūciate Joanni que vidiſtis : ceci vi
dent:claudi ambulāt:leproſi mūdantur
ſurdi audiūt:mortui reſurgūt:pauperes
euāgelizātur:ꝛ btūs ē q̄ nō fuerit ſcan=
dalizatus in me.De Joāne autē dixit
chriſtꝰ populo virtutes ꝛ res mirabiles
ꝛ precioſas.de q̄bꝰ dixit thema. Cepit
Jeſꝰ dicere ad turbas de Joanne.Quid
exiſtis i deſertū videre ꝛc.Quattuor vir
tutes multū precioſas dixit xp̄s ad tur=
baȝ de Joāne valde neceſſarias illi qui
vult perſeuerare in bona ꝛ ſancta vita:
ꝛ ſunt iſte que ſequuntur.

Prima eſt virtuoſa firmitas.
Secunda eſt rigoroſa aſpiritas.
Tertia eſt operoſa fidelitas.
Quarta eſt gratioſa puritas.

¶De his dicit thema ꝓpoſitum Cepit
Jeſꝰ dicere ad turbas de Joāne.ſ.has
quattuor virtutes.Dico p̄mo ꝙ p̄ma vir
tus multū neceſſaria perſone volēti per
ſeuerare in bona vita icepta eſt ꝟtuoſa
firmitas:hec eſt neceſſaria tā religioſis
q̄ eccleſiaſticis:tā heremitis q̄ etiā illis
de matrimonio tenere fortiter i bona vi
ta incepta ꝛ nō deſiſtere:nec carnis icli=
natione:nec diaboli tētatione.nec mūdi
occaſione. Anteq̄ homo elegat ſtatum
debet bene reſpicere ꝛ deliberare que vi
ta:quis modus viuendi:quis ſtatus ſit
melior ꝛ magis ꝓ noſtra cōplexiōe. Re
ligio ei eligibilis eſt:ſi tn̄ ſeruet̄:ſic etiā
de alijs:qua electa oportet cōtinuare ꝛ
pſeuerare firmiter. Auctoritas. Eſto
firmꝰ i via dn̄i:in veritate ſenſus tui. et

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſciētia.Eccli.v.Notaq̄ꝙ via dn̄i eſt bonꝰ
ſtatus quē elegiſti ꝑ quē deꝰ venit ad te
⁊ tu vadis ad eū ꝑ gratiā:i veritate ſen
ſus,tui.ſcʒ ꝙ tibi ⁊ tue cōplexiōi ſit pro=
portionatꝰ ⁊ ſciētia: vt ſi neſcis eligere
q̄s ſtatus ſit melioꝛ.pete ꝯſiliū a ſciēti=
bus ⁊c.⁊ cōtinua:nō ſicut pueri q̄ quoti=
die vellēt mutare magiſtrū.De hac ꝟtu
te xp̄s laudauit ⁊ ꝯmēdauit iohannē di
cēs.Quid exiſtis i deſertū videre arūdi
nē vento agitatā q.d.nō talis ioannes:
ſʒ fortiſſimꝰ:vt rupes ⁊ imutabilis a ſan
cta vita quā elegit in ſua pueritia.Mo=
ralr̄.O quot arūdines variabiles ⁊ mu
tabiles ſunt hodie in mundo q̄ modico
vēto tētatiōis mutant̄.Uerbigr̄a.Quot
ſunt q̄ in aliq̄ bono ſermone recipiūt bo
nū ꝓpoſitū emēdādi ſe dicēdo:O miſer
tā male feci vſqʒ modo. Decetero volo
corrigere vitā meā ⁊c.tūc eſt cāna recta
Sed cadūt vēto tētationis qn̄ demō vel
amici dicūt:⁊ q̄d creditis facere mō qn̄
eſtis iuuenis ⁊c.oēs faciēt truffā de vo
bis.Ex iſto vēto ꝗ̄plures mutāt ꝓpoſi
tū ⁊ cadūt qꝛ ſunt debiles.Itē multi vſu
trocinij. vnde ſi latro qui ducit̄ ad furcā
non contentaret̄ de vinculo de canabe:
ſed vellet habere vinculū de ſerico ⁊ de
auro de quo ſi apreciaret̄ talis fatu⁹ re=
putaret̄. Talis ſtultitia eſt iter nos qua
reveſtis eſt inuēta: nonne ex perditione
⁊ furto ade qui cōtra voluntatē dei fura
tus eſt pomum de horto paradiſi. Ideo
omnes ſumus filij furis ade. Et in ſignū
huius portamus veſtes. q̄m ante nudi
incedebamus ⁊ ſine verecūdia ſicut pue
ri parui. Aucto. Erat vterqꝫ nudus adā
ſ. et eius vxor ⁊ non erubeſcebāt. Gene.
ij. ſed commiſſo peccato ſentētia fuit da
ta. In quocūqꝫ die comederitꝫ ex eo: mor
te moriemini. Genes. ij. Et fuit executa:
quia cinis eſt ⁊ in cinerez reuerteris. Et
in penā fuerūt date homini veſtes qua=
ſi vinculū latroni in ſignū furti. de q̄bus
nos appciamur faciēdo vanitates ⁊ fa=
tuitates. Cōtra hoc dicit ſcriptura ſacra
In veſtitu n gelorieris vnqꝫ nec ī die ho
noris tui. ſ. nuptiarū extollaris. Eccl̄. xj.
Ideo rep̄hēdēdo iſtā fatuitatē dicit xp̄s
ſanctis angelis. Exiſtis videre hominē
⁊c. Quantum ad ſecundum reprehenſi=
bilis eſt homo ex ſuperfluitate: q̄m iam
neceſſitas paulatim reducta eſt in ma=
gnā ſuperfluitatē: q̄m primū indumentū

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



hominis fuit vnũ pelliceũ. Geñ. iij. Fe=
cit de⁹ ade ⁊ vxori ſue tunicas pelliceas
⁊ induit eos. Et pellis ibat verſus carnẽ
⁊ lana ad extra: ad inueniendũ ꝙ hõ ex
pctis effectus eſt ſimilis beſtijs. Dauid.
Hõ cũ i honore eẽt nõ intellexit. cõpara
tus eſt iumẽtis inſipiẽtib⁹: ⁊ ſilis fact⁹
eſt illis. Et durauit diu ꝙ hoies ſic idue
bant. Et in hyeme cõuertebant lanã ad
carnẽ. Deide inceperũt pingere pelles:
poſtmodũ cogitauerũt facere tunicas ꝺ
lino ad carnẽ: ⁊ ſic cũ vna veſte de lino
ad carnẽ ⁊ deſup pelliceo trãſierũt ꝑ ma
gna tpa. Deide dixerũt q̃re nõ facimus
veſtes de lana ſine corio tendendo lanã
⁊ ipam lauãdo ⁊ filãdo. Et fecerũt pãnũ
de lana: ⁊ oẽs veſtes erãt eiuſdẽ coloris
de lana alba vel nigra: q2 nõdũ erãt tin
ctores. Deinde dixerũt: quare nõ dam⁹
colores tunc inceperũt tinctores. deinde
ſartores: ⁊ ꝑſone pauperes ſtatim volue
runt facere ſicut diuites. Propter qꝺ di
uites fecerũt ſibi veſtes de ſerico. ſ. tẽpo
re regis ſaul. Sꝫ idẽ voluerũt facere pau
peres. Propter qꝺ diuites fecerũt vbi ve
ſtes de pãno aureo ⁊c. Deinde fecerunt
ſubducturas: ⁊ idẽ pauperes ſꝫ mõ non
poſſunt inueuire differentiã in materia
ideo faciũt differentiã in forma. ſ. lõgas
manicas ⁊c. nõ opus eſt fallo ſuſpende=
re cymbala collo. Ideꝫ in foderaturis.
dixerunt mulieres ⁊ nos nihil faciemus
Nota hic ꝯtra ſuperfluitatẽ manicarum
⁊ caudaꝝ intantũ ꝙ ſartores iã neſciũt
quid faciãt. Qr quid dicet' deo de iſtis
exceſſibus ⁊ ſuperfluitatibus. vultis co
gnoſcere quod pctm̃ eſt ſicut cibus ⁊ po
tus ſunt data pro tyriaca ꝓpter neceſſi
tatẽ ꝯtra quattuor qualitates ꝯtrarias
in nobis: ſed guloſi faciũt de cibo ⁊ potu
venenũ quo moriunt' citi⁹ ex ſuperfluita
te. idem de veſtibus inuentis pro neceſ=
ſitate pro quib⁹ ſuperbi: vani: ⁊ põpoſi:
habẽt facere rapinam: vſuras: furta ⁊c.
Ideo apl's hñt alimẽta ⁊ quibus tega=
mur: his cõtenti ſimus. i. Thimo. vj. No
ta alimenta non dicit delectamẽta. ⁊ qui
bus tegamur. non dicit quibus ornemur
his ꝯtenti ſimus. Ideo dicit xp̃s ſanctis
angelis. Exiſtis videre hoiem ⁊c. Quã=
tum ad tertiũ reprehenſibilis eſt homo
ex iniquitate. Tot ſunt eñ exceſſus: ſup
fluitates ⁊ varietates: ⁊ vanitates mu=
lierũ ꝙ viri ad ſupplẽdũ eis habẽt face
re vſuras: rapias: falſas ſnias: calũnias
furta ⁊ hm̃oi: Iõ d': Amos. viij. Audite
hoc q̃ cõterit' pauperẽ ⁊ deficere facitis
egenos terre dicentes. Qñ tranſibit meſ
ſis ⁊ venũdabimus merces ⁊ ſabbatũ et
aperiemus frumentũ vt iminuamus mẽ
ſurã ⁊c. Iurauit dñs ſi oblitus fuero oĩa
opera eoꝝ ⁊c. Ecce q̃d fuit oſtenſum bea
to ioãni de quadã ciuitate vana ⁊ pom
poſa que ex illis vanitatibus debuit de
ſtrui. de qua dicit ioãnes. Ue ve ciuitas
illa q̃ amicta erat byſſo: purpura: ⁊ coc=
co: ⁊ deaurata eſt auro ⁊ lapide ꝓcioſo ⁊
margaritis: quoniã vna hora deſtitute
ſunt tante diuitie. Apo. xviij. Nota pri=
mũ. ve quantũ ad dãnationem anime et
ſcd'ꝫ ve quãtũ ad dãnationem corporis.
Ecce qui mollibus veſtiũtur in domib⁹
regum ſunt. i. in habitationibus demo=
num ꝺm hylarium. Ecce q̃re dicit xp̃s.
Exiſtis videre ⁊c. quantũ ad tertiũ ana
gogice: ab ana qꝺ eſt ſurſum: ⁊ goge du
ctio: quaſi ſurſum ductio: quando dictũ
vel factum exponitur de his que debe=
mus ſperare. Cuꝫ ergo dicit thema. Exi
ſtis videre. loquitur xp̃s animab⁹ ſctis
de hoc mũdo egredientibus dicens eis.
Exiſtis videre hoiem. ſ. xp̃m mollibus
veſtitum. Impenitentibus eſt aſperis et
duriſſimis indumẽtis veſtibus ſcꝫ rigo
ris ⁊ iuſtitie. Sed animabus penitenti=
bus ſanctis ⁊ iuſtis eſt mollis ⁊ dulcis: q̃
bus dicit. Exiſtis videre ⁊c. Auctoritas
Gloria libani data eſt ei de quo carmeli
⁊ ſarõ. Eſa. xxxv. Nota tres cõditiones
perſonarum que habẽt gloriam paradi
ſi ⁊ non plures. Prima eſt innocentium:
quibus datur gloria libani ſcꝫ candoris
baptiſmalis. Secunda eſt obedientium
quibus dat' decor carmeli: ſcꝫ dedicatus
vel mollis: quia obedientes habent con
ſcientiam delicatã vel mollẽ ad obediẽ=
dum cito preceptis domini tertia eſt pe=
nitentiũ: quibus datur gloriam in ſarõ
id eſt principatus meroris: quia peniten
tes plorant pctã ſua. De his dicit'. Eſa.
xxxiij. Regem in decore ſuo videbunt.
Ecce quare dicit thema. Exiſtis videre
hominem ⁊c.

¶ Item in eadem dominica. Sermo. vj.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Existis videre
ꝓphetã ⁊ plusq̃ ꝓphetam.
Mat.xj. Preſens ſermo funda
oꝛ in intellectu allegorico
ꝓpter hoc declarare opꝫ differẽtiã inter
ꝓphetã ⁊ plus q̃ ꝓphetã. Propheta eſt
ille q̄ ex diuina reuelatiõe ſeu ſpũali illu
minatiõe reuelat futura vl̃ p̃terita occul
ta ⁊ ſecreta. Hoc etiã dr̃ vulgariter: ſicut
ptꝫ de muliere ſamaritana cui dicit xp̃s
oĩa q̄ fecerat q̄ dixit xp̃o. Dñe video: qꝛ
ꝓpheta es tu. Jo.iiij. Sꝫ plus q̃ ꝓphe
ta eſt ille q̄ futurũ ſecretũ qđ reuelat oꝛe
oſtendit ad oculũ opere. Sicut ioã. bap.
qui fuit ꝓpheta qñ dixit. Poſt me veniet
cuius nõ ſum dignꝰ calciamenta porta-
re. Mat.iij. Sed fuit plus q̃ ꝓpheta qñ
ipſum oſtendit digito dicens. Ecce agnꝰ
dei ecce qui tol.⁊c. Joã.j. Gloſa Joãnes
ꝓpheta ⁊ plus q̃ propheta eſt qꝛ qđ oꝛe
dixerat digito oſtẽdebat. Ad ꝓpoſitum
inuento ꝙ inter oẽs ꝑſonas mũdi q̄ ma
ioꝛa ſecreta fidei catholice dixit ⁊ reuela
uit fuit ieſus xp̃s dñs noſter: ⁊ ſicut oꝛe
dixit ⁊ reuelauit ĩ hoc mũdo: ita ope cla
re oſtendit in alio: iõ bene poteſt dici ꝓ-
pheta ⁊ plus q̃ ꝓpheta. iõ vobis q̄ exi-
ſtis de domibus veſtris ad vidẽdũ xp̃m
in miſſa ſacramentaliter ⁊ in p̄dicatiõe
mõ mentalr̃ dico ego. Exiſtis videre ꝓ-
phetã ⁊ plus q̃ ꝓphetã. Secreta aũt fi-
dei que hic propheta dñs ieſuschriſtus
nobis dixit ⁊ reuelauit oꝛe ꝓprio in hoc
mundo ſunt multa: ſed ſolum loquar de
tribus modo: ſcilicet.

Saluatione celeſtiali.
Damnatione infernali.
Afflicatione purgatoriali.

¶ Quantũ ad primũ ſecretũ quod xp̃s
nobis reuelauit eſt de ſaluatiõe celeſtia
li: qꝛ nũq̃ nec moyſes nec aliquis ꝓphe
ta manifeſtauit: nec reuelauit ꝙ bonis
operibꝰ poſſit haberi gloꝛia celeſtis im
mo dicit dauid ꝓpheta. Celuꝫ celi dño
terram autẽ dedit filijs hominũ. celũ ce-
li. i. gloꝛia: ſed venit xp̃s ꝓpheta qui no-
bis reuelauit ⁊ promiſit nõ bona tẽpora
lia vt moyſes: immo dicit vt deſpiciamꝰ
ſed ꝓmiſit ſaluationẽ celeſtẽ dicẽs. qui
fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis
eſt: ipſe ĩtrabit in regnũ celoꝛũ. Mat.vij.

Ecce hic ꝓphetat de magno ſecreto qꝛ
nũq̃ ante ꝑ aliquẽ fuit reuelatũ. Moꝛali
ter nota q̃ totũ ius habẽdi gl'iam fun
dat in obediẽtia. ibi qui facit voluntatẽ
nõ ergo illa gl'ia põt haberi iure dñij vel
p̄lationis: nec ſciẽtia: nec põpa: nec gene
re: nec pulchritudie: nec foꝛtitudie. Dic
practice qñ moꝛit aliq̄s magnus dñs in
hoc mundo q̄ fuit dño inobediẽs q̄ ma-
gis voluit regi ⁊ gubernari ꝓprijs incli
nationibꝰ q̃ diuinis oꝛdinationibꝰ pro
prio ſẽſu q̃ dei mãdato qñ venit ad poꝛ
tã padiſi pulſãs ⁊ dicẽs. Dñe dñe api no
bis ⁊c. Allegãdo. Rñdebit xp̃s. Amẽ di
co vobis neſcio vos ſ. ſcia approbatiõis
Jdẽ de p̄latis magnis doctoꝛibꝰ ⁊ de oĩ
bus inobedientibꝰ q̄ nõ gubernarunt ſe
ſm̃ dei voluntatem: ſed ꝑ ſuã ſenſualita
tẽ ⁊ vanitatẽ. Jdẽ de mulieribꝰ in coꝛpe
pulchris ſꝫ in aĩa turpiſſimis. oẽs tales
xp̃s remittet ad infernũ: ſicut eñ ꝑ inobe
dientiã amiſimus paradiſum ita ꝑ obe-
dientiã opꝫ nos ip̃m obtinere. Jdeo pe-
timꝰ in oꝛatione dñicali. Fiat voluntas
tua ſicut in celo ⁊ in terra. Sꝫ xp̃s eſt plꝰ
q̃ ꝓpheta in alio mundo quando opere
oſtendit bonis ea que hic ꝓmiſit verbo.
quando eñ bona perſona moꝛitur ⁊ obe
diens et anima pulſat ad poꝛtam para-
diſi: ⁊ allegat q̃ fuit in dño ſeu prela-
tiõe: ⁊ vixit ſm̃ dei oꝛdinationẽ ſeruãdo
p̄cepta: tũc xp̃s facie leta dicit. Euge ſer
ue bone ⁊ fidelis: qꝛ ſup pauca fuiſti fide
lis: ſupra multa te cõſtituã intra in gau
diũ dñi tui. Mat.xxv. Nota euge inter-
iectio eſt leticie: ſerue bone ⁊ fidelis. vbi
oſtẽdit examẽ qđ fit in iudicio: qđ eſt de
duobꝰ. ſ. de bonis opibus. ideo dicit. Eu
ge ſerue bone: ſꝫ modicũ eſſet facere bo-
na opa niſi fierẽt intẽtiõe recta. iõ dicit fi
delis. regalia q̄ deus ſibi retinuit de bo
nis opibus ſunt ꝙ fiant amoꝛe ſui: ⁊ ad
vtilitatẽ tuã tecũ diuiſit ꝑ medium. Ca-
ueas ergo tu ne ip̃m defraudes ꝙ bona
opa facias amoꝛe alterius ſcꝫ vane gl'ie
vel laudis vel honoꝛꝫ vl̃ familiaritatꝫ ⁊c.
Sed ſolũ amoꝛe ſui vt laudet ⁊ amet ta
lis eſt fidelis. Ecce quare dicit. Euge ſer
ue bone ex operibꝰ materialr̃: ⁊ fidelis;
ſcꝫ foꝛmaliter. Ratio: quia ſuper pauca
fuiſti fidelis ad oſtendẽdũ ꝙ licet bona
opera ⁊ intentio ſint neceſſaria ad ſalua

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

tionē tñ magis reqrit intētio recta iō dic
ſup pauca fuiſti fidelis. Opa aūt bona ſi
intentiōe mala ſint facta nihil valēt: vi=
det q deꝰ in examine aiaꝝ teneat modū
qualē zelotipe q volēs ꝓbare filios ſuos
extrahit eos de nido ⁊ illis q recte reſpi=
ciūt rotā ſolis ꝓuidet tanq̄ filijs: alios
aūt ꝓijcit tanq̄ nō ſuos. Sic recte facit
dñs deꝰ q extrahit nos de nido huiꝰ mū
di ꝑ mortē corpalē: ⁊ ſi recte reſpexiſti ſo
lē iuſticie in bonis operibus ſcȝ hñdo in
tentionē rectā bene ſtas: deꝰ prouidebit
tibi de gloria. Si aūt per oppoſitum ha
buiſti intentionē ſiniſtrā ſcȝ per hipocri
ſim ⁊c. proijciet te in inferno. Ecce quare
dicit qꝛ ſup pauca fuiſti fidelis. Cū ḡ di
cit thema ſctis aiabꝰ: Exiſtis vide ꝓphe.
Rñdēt ē plus q̄ ꝓpham. Quātū ad ſe=
cūdū ſecretū. ſ. de dānatiōe infernali: ſe=
cretū aūt dānatiōis fuit ita occultū anti
quitꝰ q iudei adhuc ipam nō credūt: im
mo ſup illō Job. xxi. Ducūt i bonis dies
ſuos ⁊ in pūcto ad inferna deſcēdūt. Di
cūt iudei ad inferna deſcendūt. i. ad foſ
ſaȝ. Sȝ venit xp̄s q tanq̄ ꝓpheta hoc re
uelans dicit. Dico vobis q ſi penitentiā
nō habueritis omēs ſimul pibitis. Luc.
xiij. Nota ſimul ad aliquid refert. Di=
cit hoſtiaria de quadam parte ciuitatis
hierl'm. q vocabat ſyloa. vbi ceciditꝰ tur=
ris alta q oppſſit. xviij. hoīes de hoc lo=
quēs xp̄s cū aliqbus dixit. Dico vobis
q ſi penitentiā nō habueritis oēs ſimul
ſicut illi. xviij. hoīes peribitis. Notan=
da ſunt hic tria. Prīo quid eſt ſyloa. Se
cundo q eſt turris illa. Tertio q ſunt illi
xviij. hoīes oppreſſi. Nota q ſyloa idē
eſt q miſſus ei. Iſte eſt xp̄s: de quo dixit
Jacob patriarcha. Nō auferet ſeptrum
de iuda: neq̄ dux de femore eius donec
veniat qui mittēdus eſt ⁊c. Geñ. xlix. Ec
ce hic ſyloa q interpretatur miſſus ei. Jō
ōr. i. Jo. iiij. In hoc apparuit charitas di
in nobis quoniā filium ſuum vnigenitū
miſit deus in mundū vt viuamus ꝑ eum
Turris altiſſima eſt xp̄i iuſtitia q altiſſi
ma eſt: qꝛ nō eſt ibi appellatio ad maio=
rem ⁊ fortis ſententia irreuocabilis. De
hac turre auctoritas. Naſꝰ tuꝰ ſicut tur=
ris libani q reſpicit ꝯ damaſcum. Cañ.
vij. Naſus eſt iuſtitia dñi rigoroſa: qꝛ
homo furibūdus naſo reſpirat furibūde

ſm illud. Quieſcite ab homine cuius ſpi
ritus eſt in naribus eius: qꝛ excelſus re=
putatus eſt ipe. Eſa. ij. Sicut turris liba
ni. i. cādoris clara: qꝛ in hoc mūdo iuſti=
cia dei nō eſt nobis clara ⁊ manifeſta q
reſpicit contra damaſcū ſcȝ ſanguine la
uatum. Ecce xp̄ianꝰ ſanguine xp̄i laua=
tus in baptiſmo. Hic eſt qui venit per a=
quam ⁊ ſanguinē ieſus chriſtus: non in
aqua ſolū ſed ꝑ aquā ⁊ ſanguinē. i. Jo. v.
ꝯtra damaſcū. i. ꝯtra xp̄ianū. Quare ma
iorem rigorē iuſtitie oſtēdit xp̄s ꝯtra ma
lum xp̄ianū q̄ ꝯtra iudeū vel agarenū.
Rñſio ꝓpter maiores grās quas a xp̄o
recepit. Not. xviij. hoīes ſignificāt. xviij.
pctā ſm eum quot ſunt pctā computant
pctōres. Peccata autē capitalia ſunt ſe=
ptē: ⁊ tranſgreſſiones preceptoꝝ ſunt. x.
que faciūt. xvij. pctā: ſed ex his nō dāna
tur homo: imo ad hoc q homo dānetur
neceſſarium eſt. xviij. pctm̄: qd eſt finalis
impenitētia. Tunc eñ turris diuine iu=
ſtitie cadit ſup. xviij. ⁊ opprimit in infer
no. Ecce quare dicit xp̄s. Dico vobȝ ⁊c.
Hoc di. xbo oſtēdit ſe ꝓphetam: ſed eſt
plus q̄ ꝓpheta in alio mundo qñ opere
dat xp̄ianis malis quod hic promiſit ver
bo: qñ de facto dat eis dānationem in
fernalē. Uerbi grā. qñ moritur malus re
ligioſus qui nō curauit ſeruare regulaȝ
nec vota ⁊c. Idem de malo clerico: idem
de malo laico: de quibus dicit textꝰ euā
gelij. Cū intrauerit paterfamilias ⁊ clau
ſerit oſtiū: incipietis foris ſtare ⁊ pulſa=
re oſtium dicētes. Domine aperi nobis
Et reſpondens dicet vobis. Neſcio vos
vnde ſitis ⁊c. Tūc incipietis dicere. Mā
ducauimus coram te ⁊ bibimus ⁊ in pla
teis noſtris docuiſti. Et dicet vobis. Ne
ſcio vos vñ ſitis. Diſcedite a me omnes
operarij iniqtatis. Ibi erit fletus et ſtri=
dor dentiū. Lu. xiij. Si ergo diceret ani
mabus dānatis. Exiſtis videre ꝓphetā
reſpōderet etiā plus q̄ ꝓphetam. Quā
tum ad tertium ſecretum de afflictione
purgatoriali. Hoc ſecretum fuit antiqui
tus ita occultū q intellectꝰ humanus nō
poterat concipere q in alio mūdo deus
daret tempus ⁊ locū ad cōplēdum peni=
tētiam de peccatis venialibus ⁊ de peni
tētijs mortaliū pctoꝝ nō ꝯpletis: ſed ve
nit xp̄s qui hoc ſecretū reuelauit dicēs:

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Ego ſuꝫ vitis vera⁊ pater meꝰ agricola
eſt. Oēm palmitē ī me nō ferētē fructuꝫ
tollet eū:⁊ oēꝫ q̇ fert fructū purgabit eū
vt fructū plus afferat. Joan.xv. Nota.
Ego ſum vitis vera.nos ſumꝰ palmites
q̇ ꝑ verā fide manemꝰ in vite. de q̇bꝰ di=
cit Oēꝫ palmitē ī me nō ferētē fructū ſcꝫ
bonoꝝ operū ꝟtutū ⁊ meritoꝝ:tollet eū
i.excidet̄ ⁊ in ignē ſcꝫ in infernū mittet̄.
Et oēm qui fert fructū purgabit eū ⁊nō
quid tā boni q̄ꝫ mediocres trāſibimꝰ ꝑ
purgatoriuꝫ:dico ꝙ ſic. Sed eſt duplex
purgatoriū ſcꝫ voluntariū:⁊ illud eſt in
hoc mundo: ⁊ violentū in alio : ⁊ nunq̄ꝫ
fuit aliquis nec erit ſaluus in paradiſo
quin trāſierit ꝑ aliq̇d iſtoꝝ niſi xp̄s ⁊ vir
go maria.ideo dicit. Purgabit eum vt
fructū plus afferat:q꞉ ſicut hic fecit fru=
ctum gratie:ibi faciet fructū glorie. Sꝫ
oñdit ſe xp̄s plus q̄ꝫ ꝓphetā in alio mū
do qñ moriunt̄ perſone in gratia dei: ſꝫ
nō ꝯpleuerūt hic penitētiā ⁊ veniunt co
ram xp̄o ad iudiciū ⁊ inde mittūtur ad
purgatoriū:quo portant̄ ꝑ angelum bo
nū. Dic practice quō xp̄s dicit angelo:
porta iſtū ad purgatoriū ⁊ ſtet ibi ꝑ tm̄
tēpus ⁊c. Dic quō angelus mittet ip̄m ī
purgatoriū. Autoritas In igne ꝓbatur
aurū ⁊ argentū:hoīes vero receptibiles
ī camino hūiliatiōis. Eccl̄.ij. Si q̄ratur
ab eis. Exiſtis videre ꝓphetā. Rñdent
etiā ⁊ plus q̄ꝫ ꝓphetā. Scd̄ꝫ hoc dicere
poſſumꝰ de dño ieſu xp̄o:propheta ma=
gnus ſurrexit in nobis. Et q꞉ deꝰ viſita
uit plebē ſuā. Luce.vij. Deo gratias.

¶ Dñica.iij.aduētus dñi. Sermo.vij.

Ecce mitto an=
gelum meum ante faciem tuaꝫ
Matthei.xj. Uerbum propoſi=
tum poteſt declarari quadrupliciter ſi
ue quattuor modis:iuxta quattuor in=
tellectus ſacre ſcripture.

Primus erit ſecūdum intellectuꝫ hy
ſtoricum ſeu litteralem.
Secundus erit ſm̄ intellectum alle=
goricum ſeu figuralem.
Tertius iuxta intellectum tropolo=
gicum ſeu moralem.
Quartus ſm̄ intellectum anagogi=
cum ſeu ſupernaturalem.

¶ Quantū ad primū iuxta intellectū hi
ſtoricū ſeu litteralē eſt ꝟbuꝫ dei patris
ad xp̄m eiꝰ filiū loquētis de ſua bñdi=
cta incarnatione qua xp̄s venit ꝓ redē=
ptione hūani gñis : ⁊ de ſuo p̄curſore di
cit deꝰ pater filio. Ecce mitto angelū ad
litteraꝫ loquitur de ioanne baptiſta: q꞉
angelus grece idē ē ꝙ miſſus latine. ſi=
cut eñ rex vēturus ciuitati premittit nū
cium ad p̄parādū:ſic ⁊ deus. Jō ſequit̄
Qui p̄parabit viā tuā añ te. Pro cuiꝰ fū
damento ſciēdū ꝙ regula eſt generalis
diuine ꝓuidētie quā ſeruauit a princi=
pio mūdi vſq꞉ ad finē ꝙ qñ aliqua ma=
gna imutatio vel innouatio dꝫ ī hoc mū
do fieri ſemꝑ deꝰ p̄mittit aliquē vt gētes
ſe p̄parēt. Uerbi gratia. Deꝰ ordinauit
magnā imutationē ⁊ innouationē ī hoc
mūdo ſcꝫ vt totꝰ mūdꝰ lauaret̄ ⁊ mūda=
retur a pctīs hoīm ⁊ renouaret̄ aquis di
luuij ꝓpter q̇d p̄miſit amicū ſuū noe qui
predicauit cētū annis vt gētes ſe p̄pa=
rent ꝑ pñiaꝫ q̇ erat quingentoꝝ annoꝝ
qñ īcepit predicare:⁊ deridebāt ⁊ truffa
bant de ip̄o:intantū ꝙ infra cētū annos
nō poterat conuertere niſi ſeptē ꝑſonas
ſcꝫ vxorē ſuā ⁊ tres filios:⁊ tres vxores
filioꝝ ⁊ venit diluuiū ⁊ ꝑdidit oēs quot
quot erāt in mūdo. Geñ.vj.⁊.vij. Scd̄o
pꝫ hoc idē qñ deꝰ voluit innouare terrā
egypti ⁊ liberare filios iſrael ⁊ deſtrue=
re egyptios. Sed ante premiſit filiū ſuū
ad moyſen prophetam vt auiſaret regē
pharaonē ⁊ egyptios qui p̄dicauit ibi ⁊
multa miracula fecit:ſed nullū egyptiū
ꝯuertit:imo fuerūt oēs in mari ſubmer
ſi.vt pꝫ Exo.xiiij. Tertio pꝫ idē qñ deꝰ
voluit eij̄cere decē tribꝰ de terra ꝓmiſ=
ſionis ꝓpter peccata eoꝝ. Sed ante p̄=
miſit amos ꝓphetā vt hoc eis nuncia=
ret ⁊ p̄dicaret. Quarto pꝫ hoc idē qñ deꝰ
voluit deſtruere terrā ꝓmiſſiōis ⁊ capti
uare duas tribꝰ q̄ remāſerāt ſcꝫ tribus
iuda ⁊ beniamin. Sꝫ ante p̄miſit eis hie
remiā ꝓphetā volēs ſeruare regulā ſue
ꝓuidētie. Quinto pꝫ hoc idē qñ deꝰ or=
dinauit deſtruere maiorē ciuitatē mūdi
ſcꝫ niniue ꝓpter pctā eoꝝ : ſꝫ āte p̄miſit
ionā ⁊ naū ꝓphetas:vt p̄dicarēt eis vt ſe
p̄pararēt. Jone.j.ij.⁊ iij. Sexto pꝫ qñ vo
luit renouare ⁊ mutare totū mūdū ꝑ ad
uētum meſſie ſciēs ꝙ multi de iudeis nō
crederēt in eū ꝑꝑ q̇d eſſent diſpergēdi ꝑ

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

mūdū. Sꝫ añ p̄miſit ioānē baptiſtā q̄ nū
ciauit aduētū xp̄i ꝓ mūdi redēptiōe: ⁊ iu
deoꝝ deſtructiōe dicēs. Iā ei ſecurꝫ ad
radicē arboris poſita ē. Mat. iij. ātiqꝰ
ſecuris fuit poſita ſolū ad ramos: ſꝫ tūc
ad radicē. ſ. ad totalē iudeoꝝ deſtructio
nē. Nō aūt veniet maior mutatio ⁊ ma
ior innouatio q̄ vnq̄ fuit i mūdo ſcꝫ de
ſtructio ⁊ finis mūdi: ſcꝫ aduētꝰ antixp̄i
⁊ iudiciū gn̄ale. Ideo deꝰ p̄miſit ſctōs:
ſcꝫ dn̄icū ⁊ frāciſcū cū ſuis religioſis: vt
de q̄libꝫ ipſoꝝ legit᷑. viciuū credit᷑ p̄ue-
niſſe iudiciū ſed nūc gētes nō p̄nt crede
re. ꝙ aūt nūcij miſſi dicant᷑ āgeli. Auto
ritas Miſit deus patrū ipſoꝝ ꝑ angelū
ſuū reuocare eos. ꝓpter qđ ꝑceret illis ⁊
tabernaculo ſuo. Ipſi vero ſubſanna-
bant in angelis ſuis. ij. Eſdre. j. Ecce re
gula ⁊ ordo diuie iuſtitie. Quia ergo io
annes fuit a deo miſſus ad nūciandum
xp̄i aduētū: ideo in themate dicit vł vo-
cat ipſum angelū di. Ecce ego mitto ⁊c.
Moraliter nota q̄uō beatꝰ ioānes nun-
ciauit aduētū xp̄i tripliciter: predican-
do: baptizando: ⁊ demōſtrādo. Pro pri
mo dicebat. Ip̄e eſt qui poſt me vēturꝰ
eſt: qui ante me factus eſt: cuius ego nō
ſum dignꝰ vt ſoluā eius corrigiā calcia
mēti. Jo. j. Pro ſcđo dicebat. Ego bapti
zo vos aqua: mediꝰ aūt veſtrū ſtetit quē
vos neſcitis. Jo. j. Pro tertio dicebat de
mōſtrādo ip̄ꝫ. Ecce agnus dei. Sic eñ
qñ deꝰ vult venire ꝑ grām in mentē ali-
cuius ad ipſū iuſtificandū. Primo p̄mit
tit ioannē predicantē. Joannē. j. gratiā
predicatiōis: qꝛ ſingularis introitꝰ dei
in corde peccatoris eſt ꝑ predicationeꝫ
ideo p̄mittit. ioannē. i. predicatoreꝫ qui
predicat exterius ad aures: ſꝫ xp̄s p̄di-
cat interius in corde. ideo dicit. Gre. In
vanū laborat exteriꝰ ligua p̄dicatoris:
niſi aſſit interiꝰ grā ſaluatoris. Et au-
gu. in celo cathedrā tenet: q̄ corda hoim
docet. Scđo ioānes venit baptizando: ⁊
hoc qñ peccator tactus in p̄dicatiōe plo
rat pctā ſua ꝑ ꝯtritionē: qm̄ ille lachry-
me baptizant: lauant ⁊ purificant aīam
ab oibus culpis ⁊ maculis pctōꝝ mor
talium. Tertio venit ioannes demon-
ſtrādo: ⁊ hoc qñ peccator ꝯtritꝰ de pctis
oñdit ea ſacerdoti per ꝯfeſſionē ſacra-
mentalē. De his oibꝰ dicit dđ. Emittet

ꝟbū ſuū ⁊ liq̄faciet ea: ſta. ſpi eiꝰ ⁊ fluēt
aque. Qui annūciat ꝟbū ſuū iacob. p̄s.
cxlvij. Nota emittet ꝟbū ſuū. Ecce ioan
nes p̄dicās. flabit ſpi. eiꝰ ⁊ flu. aq̄. Ecce
ioānes baptizās. Qui anūciat ꝟbū ſuū
iacob. i. cōfeſſori denūciādo ſibi ꝓpoſitū
cordis. Ecce ioānes demōſtrās. Quātū
ad ſcđm intellectū allegoricū ſeu figura
lem tūc thema eſt dei patris ad populū
xp̄ianum dicentis de filio ſuo. Ecce ego
mitto angelū meū: quia licet ſit dn̄s an-
gelorū dicitur tñ angelus: qꝛ miſſus a
deo p̄re. iō Eſa. Paruulꝰ natꝰ eſt nobis ⁊
filiꝰ datus eſt nobis. Et factꝰ ē p̄ncipatꝰ
ſup humerū eiꝰ ⁊ vocabit᷑ nomē eiꝰ admi
rabilis: ꝯſiliariꝰ ſm̄. lxx. iterp̄tes magni
ꝯſilij angelꝰ: deꝰ fortis: pater futuri ſecu
li. Eſa. ix. Mittit᷑ aūt corā nobis taq̄ p̄n
ceps ⁊ bellator fortis ⁊ valēs ad p̄liuꝫ.
Sicut legit᷑ in iulio ceſare q̄ nūq̄ dixit:
ite ſed venite. Ita xp̄s ad p̄liū iuit priꝰ
corā xp̄ianis vt ip̄m ſequāt᷑. iō dicit deꝰ
pater. Ecce ego mitto angelū meū añ fa
ciē tuā: loq̄ns pplo xp̄iano ad bellandū
cū inimicis: ſcꝫ demonibꝰ ⁊ peccatis: vt
nobis chriſtianis daret cor: ꝟtutē ⁊ au-
daciam. De hac figura legit᷑ ꝙ in terra
promiſſionis habitabāt ſeptē cōditiōes
gentium anteq̄ illuc veniſſet populus
iſrael de terra egypti ſcꝫ amorrei: ge-
reſei: ethei: phereſei: chananei: euei: et
iebuſei. Et erant tot filij ꝙ filij iſrael ti-
mebant illuc intrare. Sed dn̄s dixit po
pulo iſrł. Ne timeas p̄cedet te angelus
meus q̄ itroducet te ad āmorreū: etheū
⁊ phereſeuꝫ: chananeumq̄ ⁊ eueum: ⁊ ie
buſeuꝫ quos ego ꝯteram ⁊c. Exo. xxiij.
Figura fuit chriſti: qm̄ ante aduentum
chriſti erant ſeptem ꝯditiones malarum
gentiū. ſ. ſeptē demones q̄ ſūt capitanei
ſeptē peccatoꝝ mortaliū. Primꝰ fuit po
pulus āmorreoꝝ. quoꝝ capitaneꝰ ſigni
ficabat leuiathan capitaneū ſupborum
Secundus gereſeoꝝ q̄ ſignificabat mā
monam capitaneum auarorū. Tertius
ethereum aſmodeum capitaneum luxu
rioſoꝝ. Quartus phereſeorum. beelze-
bub capitaneum inuidorū. Quintꝰ cha
naneorum: beelphegor: capitaneū gulo-
ſorum. Sextus eueorum: baalberith ca
pitaneum iracundorum. Septimus ie-
buſeorum aſtaroth capitaneuꝫ accidie

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



forū. Modo videamꝰ quis faciet preliū pro populo chriſtiano: maxime ꝯſiderata pompa demonis maxia itātu ꝙ nullus homo eſſet ſufficiēs: ideo deꝰ pr̄ miſit filiū ſuum di. ꝓplo xp̄iano. Ecce ego mitto angelū meum. ſ. xp̄m q debellabit iſtos capitaneos. Primo debellauit ⁊ vicit leuiathā capitaneū ſupbie ꝟtute humilitatis: qr nūq̄ fuit aliquis humilior xp̄o. Scd̄o vicit māmonaꝫ ex pauꝑtate volūtaria qua ſemꝑ voluit ſeruare. Tertio vicit beelzebub ꝟtute charitat̃ ⁊ dilectiōis: qr q̄cq̄d fecit: fecit charitatiue. Quarto vicit aſmodeū virtute puritatis ⁊ virginitatis. Quīto vicit beelphegor virtute abſtinētie. Sexto vicit baalberith virtute patiētie. Septio vicit aſtaroth ꝟtute diligētie. Ecce quare deꝰ pr̄ dicit populo xp̄iano. Ecce ego mitto angelū ⁊c. Ideo nō opꝫ nos multū p̄liari ſꝫ intrare cāpum bone vite ⁊ recipe arma ſcꝫ humilitatē dimittēdo ſuperbiā: ideo dixit chriſtꝰ. In mūdo preſſurā habebitis: ſcꝫ cōfidite ego vici mūdū. Io. xvj.

¶ Quātū ad tertiū itellectū. ſ. tropologicū ſeu moralē. thema ē ꝟbū dei ad quelibet nr̄m dicētis. Ecce ego mitto ang. ⁊c. Deterſatio ē cōis oim ſctōꝝ ꝯcordit dicētiū ꝙ i celo nō erūt due ciuitates hoiꝫ ⁊ angeloꝝ: ſꝫ ſolū vna qr oēs ſtabimꝰ ſimul cū ſctis āgelis i diuerſis vicis ſiue plateis. i. ordinibꝰ āgeloꝝ: vt hr̄ Mat. xxij. ⁊ Lu. xx. Nota hiſtoriā d̃ ſaduceis cū xp̄o diſputātibꝰ: de muliere ſeptē viros hn̄te. qbꝰ rn̄dit xp̄s di. Erratꝭ neſciētes ſcripturas neq̄ ꝟtutē dei. Cū eniꝫ a mortuis reſurrexerint nō nubēt neq̄ nubent̃ ſꝫ erūt ſicut āgeli dei i celis. Mar. xij. Lucas dicit. equales āgeli erūt. Ex iſta xp̄i rn̄ſione pꝫ ſolutio duaꝝ queſtionuꝫ antiquarū. Prima de p̄eminentia: vtrū ſancti angeli preemineāt ſctis animabꝰ: vel ecōuerſo an ſint equales. Secūda de reſidētia: vtrū angeli reſideant ad dextrā xp̄i: ⁊ aīe ad ſiniſtrā: vel econuerſo. Solutio p̄me pꝫ cū dicit xp̄us: eq̄les angelis erūt. Solutio ſecūde dū dicit. erūt ſicut angeli dei. Cū ḡ dicit deus ecce mitto angelū ⁊c. ante faciē mentis humane: deꝰ ꝓponit angelū ꝯſiderandū vt hō ſe diſponat iuxta ꝯditiōes angelicas. Quēadmodū bonus pictor ꝓponit corā diſciplo pulchrū exēplar imaginis ad pinguēdū. Si ergo volumꝰ cum ſctis angelis habere ſocietatē i celis opꝫ nos ꝯformari eoꝝ ꝯditionibꝰ hic in terris: ⁊ virtutibꝰ hic in via. ꝓpter hoc dicit nobis deꝰ. Ecce ego mitto angelū meū. ſcꝫ tāq̄ exēplar ꝟtutū: vt ab eo recipias exēplum. De virtutibꝰ ⁊ cōditionibus angeloꝝ. dicit dauid. ps. ciij. Qui facis angelos tuos ſpiritꝰ: ⁊ miniſtros tuos ignē vrentē. Ubi patent tres ꝯditiōes ⁊ virtutes angeloꝝ. Prima eſt ꝙ ſūt ſpūs. ibi. Qui facis angelos tuos ſpūs. Scd̄a qȯ ſunt miniſtri. ibi. ⁊ miniſtros tuos. Tertia ꝙ ſunt ignis. ibi. ignē vrētē. In quo oſtēdit̃ ꝙ ſancti angeli habēt puritateꝫ i ſe: qr ſpūs pietatē ad nos: qr miniſtros charitateꝫ ad deum: qr ignem vrentem.

¶ Quantū ad primū ſcti angeli habent puritatē: qr ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habet. Luce. xxiiij. Ideo tu luxurioſe recipe exemplū ab āgelo vt ſis ſibi ſimilis i puritate depinge cor tuū ad non cogitādum nec ad deſiderādū illā materiā luxurie ⁊ os ad nō loquēdū ⁊ aures ad non audiendū oculos ad nō reſpiciēdū: ⁊ etiaꝫ ad nō tangendū ⁊c. al's nunq̄ eris ſociꝰ angeloꝝ in celo: qr nō intrabit in eā aliquid coinq̄natū aut abōiationē faciens Apoc. xxj. Scd̄o ſancti āgeli habēt ad nos pietatē: qr reſpiciūt nos ꝑ feneſtras ⁊ qn̄ vident nos in periculis ⁊ miſerijs veniunt ad defendēdū nos. Angeli eñ deputant̃ ad hoim cuſtodiaꝫ: vt dicit. ſ. Tho. j. pte. q. cxiij. Et. j. ſcrip. diſt. xj. q. j ſm̄ illō. ps. Angelis ſuis mādauit de te vt cuſtodiā te in oibus vijs tuis. Cuius rō ē: qr iter deū ⁊ hoies media ē angelica natura: mō ſm̄ legē diuine ꝓuidētie ⁊ ſapiētie: hoc ē ordinatū vt iferioribꝰ ꝑ ſupiora ꝓuideat. Scd̄m eñ ordinē diuine ꝓuidētie in rebꝰ oibꝰ iuenit̃ ꝙ mobilia ⁊ variabilia ꝑ imobilia ⁊ inuariabilia mouēt̃ ⁊ regulant̃: ſicut oīa corpalia per ſubſtantias ſpirituales ⁊ imobiles: ⁊ corpa inferiora ꝑ ſuperiora q̄ ſunt iuariabilia ſm̄ ſbām. Sꝫ ⁊ nosipſi regulamur circa ꝯcluſiōes in q̄bꝰ diuerſimode poſſumꝰ opinari ꝑ p̄ncipia q̄ iuariabilit̃ tenemꝰ. Manifeſtū ē aūt ꝙ i rebꝰ agendis cognitio ⁊ affectꝰ hois multiplr̄ variarit̃ deficere poſſunt a bono. Hoc igit̃

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



fuit necessariū q hoib⁹ angeli ad custo=
diā deputarent per quos regularētur ⁊
mouerētur ad bonū. Exequutur eīn an
geli ad diuinā ꝓuidētiā circa salutē ho
minū adiuuādo ad differēdū i finē ⁊ li=
berādo ab eis q̄ ipediūt ꝓcessuz i finez.
Et hec executio diuie ꝓuidētie p ange=
los de hoib⁹ vocat custodia angeloruz.
Itē angel⁹ hoiez custodiēs ſm qd hoiez
cui custos deputat⁹ ē derelinqre dr. inq̄
tū exponit tribulatiōibus: vel etiā iusto
dei iudicio ab aliq̄ pctō nō retrahit: nū=
q̄ tn̄ ita derelinqt quin sit aliquis effe=
ct⁹ custodie inq̄tū aliqd malū ꝓhibet ⁊
aliqd bonū ꝓmouet. Nec obstāte q da
mascen⁹ dicit q āgeli cū sint hic nobiscū
nō sunt in celo: ergo videt q nos dereli
querēt. Qr vt dicit. s. Tho. j. p. q. cxiij.
ar. vj. in solu. ad. iij. ⁊ si angelus custos
interdū derelīquat hoiez loco: nō tn̄ de
relinquit q̄tū ad effectū custodie: qr etiaz
dū est in celo cognoscit qd circa hoiem
agat. Nec idiget mora tēporis ad mo
tū localē: sz statim pōt adesse. Idē dicit
sctūs. Tho. ij. scp. vbi. s. ar. iiij. in solu.
ad. v. vbi dicit q qncūq aliqd agēs im
primit fortē ipressionē remanet illa ipres
sio in patiēte p aliqd tps: etiā ab absen
tiā agētis: vt ptz in motib⁹ violētis. Et
ita dico inqt. s. Tho. q ad vnā actionez
angeli in hoie pōt hō bonā dispositio=
nē accipe q manet i eo ad aliqd tēp⁹: vt
ptz. qn̄ aliqs semel deuote orat ad plu=
res dies remanet deuotior. Et ita ange
lus q̄uis nō seīp pn̄s sit pōt tn̄ semper
custodire inq̄tū effect⁹ eius manet post
actionē. Ptz ḡ q angeli scti hn̄t ad nos
pietatē: qr respiciunt nos etiā dū sunt in
celo empyreo ⁊ loco distātes a nobis: ⁊
qn̄ vidēt nos i periculis veniūt ad nos
defendēdū: Nōne oēs sunt administra=
torij spūs in ministeriū missi ꝓpter eos
q hereditatē capiūt salutis. Ad Heb. j.
Ergo recipe exēplū ab āgelo: depingue
in corde tuo pietatē erga pauperes dā=
do vel mutuēdo vel vēdēdo sine vsura:
nō plurī vēdēdo ꝓpter solutiōis dilatio
nē: nec minoris emēdo ꝓpter denarios
patos ⁊c. Exerce teip̄m ad pietatē. Nā
corpalis exercitio ad modicum vtilis ē
pietas āt ad oia vtilis ē ꝓmissionē hn̄s vi
te q nūc ē ⁊ future. j. ad Thi. iiij. Tertio

scti angeli hn̄t charitatē i deo: qr ignis
vrēs sunt in amore dei in fruitiōe. Nota
historiā Judicū. xiij. de parētib⁹ Saso=
nis qb⁹ appruit angel⁹ q cū offerret deo
sacrificiū angel⁹ saltauit in flāma dixit
text⁹. Cū ascēderet flāma altaris i celū
angel⁹ dñi parit in flāma ascēdit. Judi.
xiij. Istud lapideū altare figurabat al=
tare xpianorū qm̄ nō dz dici missa nisi i
altari lapideo vel sup arā. Judei hēbāt
altaria de terra vel de lapidib⁹ ipolitis
In sacrificio aūt misse in q cōficit corp⁹
xpi de q exit flāma ignis q inflāmat cor
da xpianorū in remissionem peccatoruz
sunt. Nota qd accidit. Ilerdo de fratre
Bartholomeo Thome sancti nostri or=
dinis scz p̄dicatoruz cui reuelauit ange
lus q oēs qui fuerūt i illa missa fuerūt
absoluti a pena ⁊ culpa: ergo exēplo an
geli q ascēdit in flāma debet qlibet nr̄m
ascendere in hoc sancto sacrificio per de
uotam cōtēplationē. Isto mō accendit
in nobis ignis ille charitatis. de quo di
cit xps. Ignē veni mittere in terra: ⁊ qd
volo nisi vt accēdatur. Lu. xij. Quantū
ad quartū intellectū scz anagogicū seu
supernaturalē: tūc thema est v̄buz chri=
sti ad qualibet bonā animā ex hac vita
transituraz: ipsam consolando dicentis
Ecce mitto angelū meum ⁊c. Magna as
securatio ⁊ consolatio est mercatoribus
quādo habēt trāsire inter gētes armorū
⁊ latronū si a capitaneo eorū habent sal
uuz conductū. ⁊ guuidagiū: sed maior se
curitas eis esset si paratari⁹ dñi p̄cedē
ret eos associādo per passus periculo=
sos. Sic qlibet nr̄m in morte hz transire
passus periculosos inter demones q ex=
pectant animā i morte. Auctoritas Da
uid. Inhabitabunt et abscōdent: et ipsi
calcaneū meū obseruabūt. ps. lv. Nota
inhabitabūt: scz demones in hoc mūdo
⁊ abscōdent supple se: ⁊ ipsi calcaneum
meū obseruabunt in finē que est vltima
pars vite: sicut calcane⁹ vltima pars ho
minis. Sz si homo tenet bonā vitā asse
curatur a deo qui mittit paratariū suūz
scz sanctū angelū qui precedit aiam: ⁊ ip
sam associat: ⁊ sic transit secure inter de
mones auctoritas. Ecce ego mitto an=
gelum meuz qui precedat te ⁊ custodiat
in vita: ⁊ introducat in locū quem prepa

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



raui:obſcura eū ⁊ audiui vocē eiꝰ. Exod.
xxiij. Nota. q̄ p̄cedat te. ſcʒ. egredientē ʒ
de corpore ⁊ cuſtodiat in via. ſ. a turba de
monū in aere caliginoſo exiſtentiū ⁊ in-
troducat te in locū quē preparaui. ſcilʒ
in paradiſo: vbi ſunt portarij ſctūs Mi-
chael pro angelis: ſanctus Petrus pro
hoibꝰ. Et angelꝰ pulſat dicens. Attolli
te portas principes vr̄as. Ecce quare di
cit Ecce ego mitto angelum meum.

¶ Dn̄ica. iiij. aduentus dn̄i. Sermo. j.

Ego vox cla
mātis in deſerto. Jo. j.
Uerbū ꝓpoſitū eſt btī
Joānis baptiſte r̄ndē
do ad nūcios hieroſo
lymitanos dicēs. Ego
vox clamātis in deſer
to. Pro huiꝰ v̄bi declaratiōe et materie
p̄dicāde introductiōe recipio duas bre
ues q̄ſtiones. Pria quare ſctā mr̄ eccl̄ia
in hoc ſctō tp̄e aduentus: i quo totū offi
ciū dʒ eſſe de xp̄o facit tā magnā mētio
nē de btō Joāne baptiſta in euangelio
hodierno ⁊ ēt i dn̄ica p̄terita. Nunquid
ſufficerent btō Joanni duo feſta que de
ipſo facit eccl̄ia ſcʒ natiuitatis ⁊ paſſio-
nis. Pro cuius r̄ſione inuenio in beato
Joāne q̄ttuor excellētias pluſq̄ʒ in alijs
ſanctis. Pria eſt natiuitas gratioſa: qr
iā erat ſanctꝰ anteq̄ʒ natus. Scd̄a eſt paſ
ſio doloroſa qr fuit decapitatꝰ ex tripu-
dio vniꝰ puelle. Tertia eſt vita v̄tuoſa
qr ſtatim q̄n fuit quinq̄ʒ annorū: dimiſit
mundū et intrauit heremū. Quarta eſt
doctrīa fructuoſa nūciādo ⁊ predicādo
aduētū meſſie. Ex his quatuor excellē-
tijs deꝰ exaltauit Joānem ſup oēs ſan
ctos dicens. Inter natos mulierū non
ſurrexit maior Joāne baptiſta Matth.
xj. Propter hoc ſctā mater eccl̄ia quater
in anno facit feſtū de beato Joāne. Pri
mū de eius natiuitate. Scd̄m de paſſio-
ne. Tertiū de eiꝰ virtuoſa vita vt in do
minica p̄terita. Quartum de eius p̄dica
tione fructuoſa: ⁊ de hoc legit̄ euāgeliū
hodiernū. De nullo alio ſancto fit feſtū
quater in anno: niſi de beato Joāne ba
ptiſta. De beato Petro apoſtolo faci-
mus tria feſta. De btō Paulo duo: ſed
de btō Joāne q̄ttuor. Et de feſto hodier
no dicit ipſemet. Ego vox clamantis in
deſerto: ſcʒ ex efficacia p̄dicationis ⁊ do
ctrine ſue. patet prima queſtio. Secūda
queſtio ⁊ ſubtilior eſt quare beatꝰ Joā
nes volēs ſuā doctrinā declarare dixit
ſe vocem dicēs. Ego vox clamantis ⁊c.
Nunquid dixiſſet meliꝰ: ego habeo vo-
cē R̄nſio q̄ beatus Joānes dixit ſe eſſe
vocem duplici ratione. ¶ Prima demō
ſtrando ſuū officiū excellēter. quantum
ad p̄mā rationē. Officium ꝓpriū vocis
eſt manifeſtare ⁊ oſtendere propoſitum
cordis ſiue mentis cōceptionē. phs. Uo
ces ſunt ſigna earū que ſunt in aīa paſ-
ſionū. primo perihermenias. Proprie lo
quēdo magna eſt differētia inter verbū
et vocē: lʒ vulgariter ſumat̄ p eodē: qr
verbū eſt ꝯceptio mētis anteq̄ʒ ore exp̄-
matur: ſed voces ſunt q̄ proferunt̄. Jō
dicit logica. Uox eſt ſonꝰ ab ore aīalis p
latus: proprie loquēdo xp̄s eſt verbum
eternū: qr erat abſcōditū in mente diui-
na. Joā. j. In principio erat verbum: et
verbū erat apud deū. et deꝰ erat v̄bū ⁊c.
ſcʒ. abſconditum ⁊ ſecretū. Sed deꝰ pa-
ter miſit vocē ſcʒ Joannem baptiſtā vt
manifeſtaret et oſtenderet verbū diui-
nū ſicut fecit q̄n dixit. Ecce agnꝰ dei ⁊c.
Ecce Joannes dicit ſe eſſe vocē ad oſtē
dendum differentiā inter v̄bū ⁊ vocē tē
poralem ipſam demonſtrando. Quan-
tum ad ſecundam rationē. Exercitium
predicatoris eſt: quia oīa eius membra
et potentie debent predicare. Non ſolū
os predicatoris debet predicare: ſed ēt
vita mores ⁊ fama. Itē intellectꝰ ſtudē-
do memoria contēplando: cor: manꝰ: ge
ſtus: ⁊ ꝯtinenter ſiue cōpoſite faciendo.
Ita bonꝰ predicator totꝰ debet eſſe vox.
Dicūt logici q̄ vox eſt homogeneū: qr q̄
libet pars vocis eſt vox. Sic oīa q̄ ſunt
diligentis predicatoris debēt eſſe vox.
Hieronymꝰ. Oīa ſacerdotis debent eſ-
ſe vocalia. propter hoc beatus Joānes
reſpondendo nuncijs ſibi miſſis dixit.
Ego vox. q. d. quicquid eſt in me totū
eſt vox: qr totū p̄dicat. patet thema. De
iſta voce ego inueni vnā mirabilem p-
phetiā Dauid: q̄ allegorice ꝓphetando
de btō. Joanne dixit. Uox domini ſu-
per aquas deus maieſtatis: itonuit do-
minꝰ ſuper aquas multas. Uox domini

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

in virtute: vox dñi in magnificẽtia. Vox dñi confringentis cedros: ⁊ confringet dñs cedros libani. Vox dñi intercidentis flammā ignis: vox dñi concutientis deſertū ⁊ ꝯmouebit dñs deſertū cades. Vox domini preparantis ceruos ⁊ reuelabit cōdenſa: ⁊ in templo eius oẽs dicent glĩaꝫ. Ubi ioannes ſepties dicitur vox propter ſeptẽ doctrinas quas beatus ioannes predicabat.

Prima erat doctrina baptiſmalis.
Secūda erat doctrina penitẽtialis.
Tertia erat doctrina magiſtralis.
Quarta erat doctrina increpatiua.
Quinta erat doctrina correctiua.
Sexta erat doctrina reprehenſiua.
Septima erat doctrina inſtructiua.

¶ Dico primo ꝙ p̄ma doctrina bti ioānis erat baptiſmalis. Dicunt oẽs euangeliſte ꝙ qñ beatus ioānes exiuit de deſerto in quo ſteterat. xxv. annis. vt dicit Hugo in maxima penitentia. Et qñ etatis erat. xxx. annorū exiuit de deſerto. in cuius exitu īcepit predicare circa regionẽ iordanis baptiſmū penitentie. Luc. iij. Uenit in oẽm regioneꝫ predicans baptiſmū penitentie in remiſſioneꝫ pctōꝝ dicens. Medius vr̄m ſtetit quem vos neſcitis. Joā. j. Sed ego oſtendam ipſum vobis ideo recipiatis eius doctrinā dicebant ſibi gentes. Et quid debem⁹ facere vt ipſum poſſimus digne recipere. Rñdebat eis ꝙ reciperent ſignū baptiſmi in aq̄: q̄ baptizabat eos ſub tali forma. Ego te baptizo in noīe venturi. Jlle baptiſmus ioannis erat ſignum xp̄i. ſicut crux datur in cruciata in ſignū. Ex iſta predicatione doctrine baptiſmalis beatus ioānes dr̄ vox dñi ſuper aquas. ſ. iordanis. glo. vnū baptiſmū p̄dicabat et aliū dabat: q̄r baptiſmū aque dabat et baptiſmū gr̄e p̄dicabat in remiſſionẽ peccatorū. De hoc auctoritas. Ego baptizo vos in aqua. qui aūt poſt me venturus eſt fortior me eſt: cuius nō ſum dign⁹ calciamẽta portare ip̄e vos baptizabit in ſpū̄ſctō ⁊ igni. Matth. iij. Nota igni ablatiui caſus ſm grāmaticā antiquā: ſꝫ quare dicit igni. Nota errorẽ illoꝝ q̄ dicūt ꝙ aliq̄ baptizātur igne. Sꝫ dr̄ igni duplici ratione. Pria in p̄mitiua eccl̄ia in baptiſmo deſcendebat ſpū̄ſſanctus viſibiliter in forma ignis. ⁊ iſta expoſitio eſt cōior ad oñdendum ꝙ ſpirituſſanctus erat dat⁹: et oñdebat ſe exterius ſigno ignis viſibiliter. Secunda ratio: q̄r ſicut mūdus debuit mūdari ⁊ purificari ꝑ aquā ſcꝫ tp̄e noe: q̄r gẽtes erāt nimis calide ꝑ luxuriā: ideo venit aqua diluuij. ſic purgabit̄ per ignẽ in fine mūdi ꝓpter frigiditatem charitatis. Mat. xxiiij. Quoniā abūdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. Hanc rationẽ facit ſctūs Tho. de aquino ordinis predicatorū in quarto ſnīaruꝫ. Sic etiā deus ordinauit duo diluuia ad purificandū aīas ſcꝫ diluuiū aque baptiſmalis ad refrigerandū fomitẽ culpe originalis. Scd̄o diluuiuꝫ ignis purgatorialis: q̄r poſt baptiſmū refrigeramur et efficimur negligẽtes et maculamur pctīs: ideo deus ordinauit fontem purgatorij vbi aīa baptizatur ab angelo bono. vt determinat ſctūs Tho. q̄r diabolus iaꝫ victus eſt per illum qui ducit̄ ad purgatorium. ideo vict⁹ nō debet incarcerare victorem. Hic baptiſm⁹ eſt durus ⁊ terribilis. De quo pōt dicere aīa que illic debet baptizari. Baptiſmo autẽ habeo baptizari ⁊ quō coartor. Luc. xij. Ecce q̄re dr̄ vox dñi ſup aquas. Et q̄r tūc ioānes baptizauit xp̄m: ideo ſubdit̄ de⁹ maieſtatis itonuit: dñs ſup aquas multas. Secūda doctrina quā beat⁹ ioānes predicauit erat doctriapenitentialis. Mat. iij. Jn dieb⁹ illis venit ioannes baptiſta predicās in deſerto iudee: ⁊ dicens. Penitentiam agite: appropiquabit eñ regnū celorū. Poſtq̄ baptizauerat eos dabat eis penitentiā dicẽs. Ex quo recepiſtis baptiſmū meū in ſignū: ideo ne peccata impediant vos ad cognoſcendū ⁊ recipiendū regẽ meſſiā. faciatis penitentiā. Dicit Beatus Mat. iij. ꝙ cōfitebant̄ peccata ſua generaliter dicẽdo. Ego fui ſuꝑbus: van⁹: pōpoſus ⁊c. Et beatus ioannes dabat eis penitentiam humilis orationis. Luce. xj. Joānes docebat ſuos diſcipulos orare. Alius ꝯfitebat̄ generaliter dicendo pater ego fui auarus: vſurarius ⁊c. cui ioānes dabat penitentiā reſtitutiōis: ne puluis auaricie clauderet ſibi oculos ne xp̄ꝫ agnoſceret. Ali⁹ veniebat ⁊ dicebat. Pr̄ ego ſuꝫ



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



luxurioſus ⁊c.cui dabat pniam abſtinē
tie ieiunioꝝ ⁊ afflictionē.Mar.ij.Diſci
puli ioānis ieiunabāt.idē de alijs pec=
catis.Ecce quō ioānes ꝑdicabat doctri
nā pnialez.iō dr.Uox dñi in ꝟtute. ſcilꝫ
pniam indicendo.Nota vox dñi in ꝟtu
te nō dicit i ſacro.No.quō ſancti docto=
res ītheologia diſtinguūt de duplici pe
nitentia.ſcꝫ de pnia ſacramentali. et de
pnia virtuali.Penitētia ſacramentalis
eſt qñ hō cōfitetur pctā ſua ⁊ abſoluit.
talis pnia dr ſacramentū.Penitentie ſa
cramētum hꝫ ptes tres q̄ ſunt cōtritio:
cōfeſſio:⁊ ſatiſfactio.Penitentia aūt vir
tualis nō hꝫ partes ſicut nec alia ſacra
mēta vt dicit ſan.tho.iij.pte.q.xcj.⁊.iiij.
diſtin.xvj.q.j.ar.j.q.j.⁊.iij.Et quando
ioannes ꝑdicabat nondū erat ordina=
tū hoc ſacramentum nec poteſtas remit
tendi pctā erat hominibꝰ cōceſſa.iō ioā
nes nō dr vox dñi in ſacramēto.Alia eſt
penitentia virtualis voluntaria:⁊ vir=
tuoſa q̄ non eſt ſacramentum: vt ieiuna
re:ꝑegrinari:diſciplinare ſe:⁊ hmōi. Et
de iſta dr vox dñi in virtute ⁊c.qꝛ beatꝰ
ioānes iniungebat pniam non ſacramē
talē ſed virtualē:et concordat dauid di
cēs alibi.Ecce dabit voci ſue ſcꝫ btō ioā
ni vocem ꝟtutis:nō dicit ſacramēti. ps.
lxvij.Nota vt dicit ſanc.tho.iij.par.q.
lxxxv.iij.diſtin.xiiij.q.j.ar.j.qꝛ pnia vt
eſt dolor voluntatis cū electione recta
eſt virtus vel actꝰ virtutis:nō aūt vt eſt
paſſio.Et eſt penitētia virtus ſpecialis:
qꝛ hꝫ materiā generalē ſub ratione ſpe=
ciali ꝓ obiecto.ſ.oīa peccata vt emēda=
bilia ꝑ actū hoīs vt dicit ſan.tho.iij.par
te.q.lxxxv.art.ij.Et eſt virtus moralis
nō theologalis ⁊ eſt pars iuſtitie:Ter=
tia doctria erat magiſtralis: qꝛ ſicut bo
nus magiſter diuerſis pueris dat diuer
ſas lectiones:ſic beatus ioānes diuer=
ſis ꝯditionibꝰ hoīm dabat diuerſas do
ctrinas.Dicit beatꝰ Lucas.iij.c.ꝙ ve=
niebāt ad eū diuerſe cōditiōes gentium
interrogātes ipſum ⁊ dicentes.Magi=
ſter q̄d facie mꝰ.Uerbi grā.Primo vene
runt diuites dicēdo magiſter q̄d debe=
mus facere nos? Rñdit.Qui hꝫ duas
tunicas det vnā nō habēti.Et q̄ hꝫ eſcas
ſilr faciat.L11.iij.due tunice ſūt vna ne
ceſſitatis:ſcđa ſuꝑfluitatis:q̄ corrūpit
et paupes moriunt frigore. Quot ſunt
mulieres paupes q̄ ꝓpt defectū mantel
li non poſſunt ire ad miſſas:⁊ vos diui=
tes tenetis veſtes ſuꝑfluas ⁊c.Idem de
eſcis ⁊c.Deinde venerūt publicani dicē
tes ei.Quid faciemꝰ magiſter.Dicit hic
glo.ꝙ ſumit hic publicanꝰ ꝓ illo q̇ ha=
bet officiū publicū:qꝛ vel eſt balliuꝰ vel
iuſticiarius vł iuratus ⁊c. Quibꝰ ioan=
nes rñdit.Nihil ampliꝰ q̄ꝫ conſtitutum
eſt vobis faciatis.Si erāt rectores dice
bat.Quid tenemini facere recordamini
de iuramēto q̇d feciſtis qñ recepiſtis of
ficiū:ſcꝫ ꝙ facietis iuſticiā:⁊ corrigetis
populū ⁊ peccata notoria:⁊ reſpiciatis
in oībꝰ vtilitatē ꝯmunitatis.iō ita facia
tis:alˀs caueatis ⁊c.Tertio venerūt ad
eū milites ⁊ ſcutiferi dicentes:q̄d facie=
mus ⁊ nos.Et ait illis.Neminē concu=
tiatis nec calūniā faciatis ⁊ ꝯtēti eſtote
ſtipēdijs vr̄is.Ecce regła ⁊ doctria mi=
litū.Nota neminē ꝯcutiatis. Dic cōtra
illos q̄ ſtati trahūt ⁊ hñt dagā ſiue gla=
dij i in manu ad ꝑcutiēdū paupes ⁊ mi=
ſeros q̇ nō pñt ſe defendere. Itē neqꝫ ca
lūniā faciatiſ ſubditis vr̄is ab eis exigē=
do pecunias ⁊ bona eoꝝ diuerſimode:
⁊ decipiūt cōformes dicēdo ꝙ ſunt gra=
tioſi in exigēdo cū tñ includāt eos in ca
ſtro vel in eccła quouſqꝫ dederit ⁊ tenē
tur reſtituere.Itē contenti eſtote ſtipen
dijs veſtris de ſalario: de redditibꝰ q̄s
recipitis ꝓ defenſiōe populi. Nolite fa
cere ſuꝑfluitates nec vanitatē:ſed cōpu
tate q̄d habetis ⁊ quātum poteſtis ex=
pendere:⁊ de bonis vr̄is detis ꝓ aīa ve
ſtra quartā vel ad minꝰ q̇ntā partē amo
re dei.Nūq̄d totū dabitis ad latrinas ⁊
iumētis ⁊ ſcutiferis ribaldis ⁊c.Ecce q̄=
re dicit.Uox dñi in magnificentia ſcꝫ tri
buēdi cōſilia ⁊ modum viuēdi vniciuqꝫ.
Magnificentia opꝰ eiꝰ ſcꝫ beati ioānis:
⁊ iuſticia eius manet in ſclm ſcli.ps.cx.

Quarta doctria erat increpatiua:re
prehendēdo vitia ⁊ pctā dicēdo.Proge
nies viperarū q̇s demōſtrabit vobis fu
gere a ventura ira:Facite ergo fructuꝫ
dignū penitētie.Matth.iij.Nota ꝓge=
nies viperaꝝ.dicit h̄ glo.ꝙ vipe trahūt
venenū ab vtero mr̄is ⁊ a natura habēt
venenū.Talis eſt cōditio iudeoꝝ:ideo
ioānes vocauit eos genimina vipera=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



rū di. Genimina viperarū q̃s demōſtra
bit vobis fugere a ventura ira. quaſi di
cat nullus. Facite ergo fructum dignū
penitentiē. ſ. vt iuxta qualitatē ⁊ quanti
tatem pctōrū faciatis penitentiā. Nota
q̄uo tunc iudei decipiebant̄ ſicut modo
decipiunt̄ multi xp̄iani di. Nūquid de⁹
p̄miſit abrae ⁊ ſemini ei⁹ bndictionem.
Gen. xxij. Sz hoc dicebat de⁹ ppt̄ meſ
ſiā filiū abrae ſm carnē. iō dixit xp̄s iu
deis. Si filij abrae eſtis opa abrae faci
te. Jo. viij. Jn hac cecitate ⁊ errore ſunt
multi xp̄iani male vite qui nullam peni
tentiā faciūt de pctis: ⁊ qñ de hoc rep̄hē
duntur rñdent. Qui crediderit ⁊ bapti
ʒatus fuerit ſalu⁹ erit. Marc. vlti. Vul
tis cognoſcere iſtā ſtultitiam. Nota de
dño faciente ꝯuiuiū nuptiarū qui p̄ totā
terrā fecit p̄conizari. Quicunq̄ mihi fi
delis fuerit ⁊ man⁹ mūdas habuerit: me
cū prādebit. Dic hiſtoriā de ruſtico ⁊c.
idē de dño ⁊ ⁊ rege nr̄o Jeſu xp̄o: ex cu
ius pte eſt p̄conizatū. Qui crediderit ⁊c.
Jn morte aūt hō vadit ad ꝯuiuiū: ſi tūc
hō credit ⁊ hȝ man⁹ mūdas bñ ſtat: al's
reſtat furca inferni: qm̄ iſta verba. q̄ cre
diderit ⁊ baptizat⁹ fuerit: nō ſunt p̄teri
ti tpis: ſed futuri ꝯiunctiui. Tu credidi
ſti ⁊ purificat⁹ fuiſti in baptiſmo: ſed ex
tunc ſordidat⁹ fuiſti ⁊c. neceſſariū eſt er
go q̄ qñ homo vadit ad ꝯuiuiū credat ⁊
man⁹ mūdas habeat. Jō dicebat Eſa.
Lauamini mūdi eſtote. Eſa. j. Depona
tis ergo iſtā vanā cōfidentiā. Ex iſta do
ctrina increpatiua beat⁹ ioānes dr̄ vox
dñi cōfringentis cedros. id eſt ſupbos.
Quinta doctrina erat correctiua in cor
rigendo ⁊ refrenādo inuidiā diſcipulo
rum ſuorū. Diſcipuli aūt ioānis zelan
tes p̄ magiſtro ſuo ioanne inuidebant
xp̄o: qꝛ qñ xp̄s incepit p̄dicare ⁊ baptiza
re trahebat ad ſe ppl'z ⁊ dimittebāt ioā
nē: nec mirū. De hoc diſcipl'i ioānis di
xerūt Rabbi qui erat tecū trās iordanē
cui teſtimoniū p̄hibuiſti. Ecce hic bapti
zat ⁊ oēs veniūt ad eū. Joānis. iij. Ecce
flamma ignis inuidie quam Joānes in
tercidit per doctrinam ſuam correctiuā
dicens. Jn hoc gaudium meū impletū
eſt. Jllū oportet creſcere: me autem mi
nui. qui deſurſū venit ſup oēs eſt. Joā.
iij. Ex hoc beat⁹ ioannes dr̄ vox dñi in

tercidentis flammā ignis. O ⁊ quō hec
vox eſſet inter nos neceſſaria vt interci
deret flammā ignis inuidie que nimis
ardet in mūdo nō ſolū de inuidia bono
rū tpaliū: ſed etiā de quadā inuidia que
eſt peiꝰ ḡ ſpm̄ſanctū ſcȝ inuidentia fra
terne gr̄e. Exēplū. Si aliquis religioſus
vult ſeruare regulā ⁊c. ſtati alij inuiden
tes murmurāt ⁊ ipſum impugnāt vocā
tes ipm̄ hypocritā ſingularē ⁊c. ⁊ ſic flā
ma ignis inuidie accendit̄. Sec⁹ ſi eſt ri
bald⁹: imo cōmendat̄ di. O q̄uo eſt gra
tus talis frater ⁊c. Jtē ſi habet aliquā
grāz deuotionis vel p̄dicatiōis vel hu
iuſmōi. Jdē de clericis laicis ⁊ mulieri
bus. Nota ad hoc planctū pphete. Ad
te dñe clamabo qꝛ ignis comedit ſpecio
ſa deſerti: et flamma ſuccidit oīa ligna
regiōis. Johel. j. Nota q̄ deſertū ſigni
ficat religionē pp̄ter aſperitatē vite in
qua religioſi deberēt viuere: ſȝ ignis in
uidie totū comedit. Ligna regiōis ſunt
ſeculares quos iā flāma inuidie ſuccen
dit. Sexta doctrina erat rep̄henſiua rep
hēdēdo ⁊ arguēdo regē herodē cōcubi
nariū q̄ habebat vxorē: ſȝ qꝛ nō erat ita
alba nec pulchra nec ornata ⁊ cōpoſita
vt ipe vellet: tñ erat filia regis: qua de
ſpectat herodes duxit cōcubinā hoc vi
dens ioānes venit ad ipȝ rep̄hendendū
di. Herodes nō l; tibi habere vxorē fra
tris. Mat. xiiij. ⁊ Marc. vj. Ex hoc btūs
ioānes dr̄ vox dñi cōcutientis deſertū.
Moraliter: vtinā multe dom⁹ hui⁹ ciui
tatis nō ſint deſertum herodis p̄ luxu
riā deſpiciendo vxores et reſpiciēdo cō
cubinas. Sed hoc deſertum cōmouebit̄
nō a ioanne: ſed a xp̄o iuſto iudice i die
iudicij: ideo ſubdit̄. Et cōmouebit dñs
deſertū cades. i. mutati. ſ. luxurioſi qui
mutat ſe cum alia muliere. Septima do
ctrina eſt inſtructiua ſicut bonus pater
qñ neſcit vl' nō pōt inſtruere filios mit
tit eos ad magr̄ȝ vt inſtruāt̄ ab eo. Sic
fecit btūs ioānes de diſcipl'is q̄uos in
ſtruere nō poterat vt crederēt in verum
meſſiā ieſum xp̄ȝ ppt̄ hoc qñ fuit capt⁹
et ppinqu⁹ morti miſit ipſos ad xp̄m tā
q̄ ad magiſtrū vt inſtruerent̄ ab eo de
veritate. Mat. xj. Cū audiſſet ioannes
in vinculis opa xp̄i mittēs duos de diſci
pulis ſuis: ait illi. Tu es qui venturus



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



es an aliũ expectamꝰ ⁊c. Et hoc beatus
ioãnes dicit vox dñi ꝑparantis ceruos.
Nota ꝙ boni xp̃iani dicũt cerui ꝓpter
magnũ ſaltũ quẽ faciũt de terra ad celũ
ideo Dauid i ꝑſona xp̃i dicit. Qui ꝑfe=
cit pedes meos tanꝗ̃ ceruoꝝ ſup excel=
ſa ſtatuẽs me. ps. xvij. Pedes qbꝰ ſalta
mus ad paradiſum: ſunt vera credẽtia ⁊
obediẽtia. Pes dexter eſt v̾a credentia.
Siniſter v̾o obediẽtia. Sȝ aliq̇ errãt ſal
tãdo: q̇ credũt aſcẽdere in celũ ⁊ deſcen=
dũt in infernũ: q̃ habẽt pedẽ dextrũ fra
ctũ vel ſiniſtrũ vel vtrũqȝ vt iudei ⁊ aga
reni q̇ vtrũqȝ pedẽ habent fractũ: q̃ nec
hñt fidẽ nec bonã vitã. Pedẽ dextrũ hȝ
fractũ illi q̇ dubitat in fide: ideo non pñt
ſaltare in celũ. Siniſtrũ illi qui hñt ve=
rã credẽtiã ſed nõ habẽt obediẽtiã nec
bonã vitã. Diſcipuli aũt ioãnis ſolo pe
pe dextro claudicabãt: q̃ non credebãt:
ſed nõ ſiniſtro: q̃ bene viuebãt. Jõ ioã=
nes miſit eos ad xp̃m vt ipſos curaret.
Quibꝰ curatis dixit xp̃s. Claudicabãt
vlti. Sed illi q̄ ſunt negligētes in opib⁹
ſpūalibus ꝛ ocioſi: dure reprehēdunꝫ a
xp̄o di. Quid hic ſtatꝫ ꝛc. ¶ Eſt aūt ociū
rep̄henſibile qꝛ eſt cōtra virtualeꝫ opa-
tionē: ideo dicit. Quid hic ſtatis ocioſi.
Cōtra terrenalē habitationē ideo di
cit. Quid hic ſtatis ꝛc.
¶ Dico primo ꝙ pctm̄ ocioſitatis eſt cō
tra virtualē operationē: iō reprehenden
do dicit. Quid hic ſtatis ocioſi cū debe-
retis opari v̄tualr̄ ꝛ meritorie. In ſacra
ſcriptura qn̄ aliq̇s rep̄hēdiꝫ: qꝛ facit cō-
tra virtualē opationē cōiter rep̄hēditur
p q̇d: vt pꝫ ꝑut legiꝫ mat. xxvj. qn̄ mag-
dalena vidit xp̄m fatigatū ex labore. et
ip̄a ad ip̄m ꝯfortādū ꝛ refrigerādū vn-
xit eum vnguento. De quo iudas ꝛ alij
diſcipuli murmurauerunt ꝯ̄ illud opus
virtuoſum magdalene quos xp̄s rep̄hē
dit di. Quid moleſti eſtis huic mulieri.
mat. xxvj. Ita ēt hic xp̄s rep̄hendit ocio
ſos dicēs. Quid hic ſtatꝫ ocioſi: qm̄ de⁹
dedit nobis corp⁹ locū tp̄s vt operemur
meritorie hic de quo viuam⁹ in alio mū
do. Nota hic ſecretū theologie. Angeli
mali ſtatim poſt pctm̄ fuerūt a deo cōdē
nati irreuocabiliter ꝛ ſine repatione: in-
tm̄ ꝙ paſſio xp̄i nihil ꝓficit eis. Sꝫ nos
expectat miſericorditer p annū vel p. x.
vel. xij. vel. xx. ꝛ vltra ad pniam. Sꝫ qua
re facit nobis iſtā gratiā ꝛ non angelis
creaturis tam excellētiſſimis: qꝛ nos ha
bemus in quo poſſumus pniam facere:
ſcꝫ corpus ſiue carnē qꝺ nō habēt ange
li nec aīe ſeparate a corpib⁹. Ideo mul-
tū ſumus rep̄henſibiles ſi nō facim⁹ fru
ctus penitētie in agro corporis ſeminā-
do primo contēplatiōes deuotas in ca-
pite: flet⁹ ī oculis pro pctis: in ore ora-
tiones deuotas ſeu humiles: in manib⁹
largitiones elemoſynarum in pedibus
peregrinatiōes: in toto corpore pniales
afflictiones ꝓpter qꝺ ocioſis dixit xp̄s.
Quid hic ſtatꝫ ocioſi. Ptꝫ ergo q̄uo hoc
vitiū ocioſitatis eſt ꝯtra virtualē opera
tionē. Nota hic ſimilitudinē de illo q̄ nō
habet agrū neꝗ vineā in q̇bus poſſit la
borare vt ꝓuideat vxori ꝛ filijs. Qꝺ attē
dens homo diues cōmittit ſibi poſſeſſio
nes cū agris ꝛ vineis oliuetꝫ ꝛ arborib⁹
vt operetur ꝛ viuat inde. Si forte ille eſt
ocioſus: qꝛ nō curat laborare in p̄dictis

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſed vadit ꝑ tabernas:ludos:lupanaria:
⁊ nihil facit:nūquid talis eſt dignꝰ repꝛe-
henſiōe dī. Quid hic ſtatis ocioſus? In
hac reprehēſione ſumus oēs nos qui ni
hil habebamꝰ. Quibꝰ dedit deus agruꝫ
ꝓprij corporis ad laborandū meritorie.
Geñ. ij. Formauit deꝰ hoiem de limo ter
re ⁊c. dedit nobis vineas .ſ. eccl'ias i qbꝰ
fit vinū ꝑcioſuꝫ. de ꝙ dānati ſi poſſent ha
bere vnā guttā cū vera cōtritione: ſalua
renť. Iſto vino inebriať aīa de gl'ia dei ꝑ
auditū verbi dei. Sꝫ ſunt multi miſeri ꝗ
nō curāt ꝑparare agrū corporis: imo eſt
ad inſtar terre inculte ideo fiūt ibi multe
male herbe ⁊ ſpine pctōꝝ: vbi abſcondū
tur beſtie venenoſe veneno luxurie: gule
⁊c. Nō curāt de vineis eccl'iaꝝ: qꝛ nolūt
audire miſſas nec ſermōes ⁊c. ꝓpter hoc
dicit ſcriptura Prouer. xij. Qui operať
terrā ſuā ſaturabiť panibꝰ: ꝗ autē ſectať
ociū ſtultiſſimꝰ eſt. Et loquiť de diligēti
⁊ ocioſo. De diligēti aūt dicit. Qui ope-
ratur terrā ſuā ſaturabiť panibus ſcꝫ an
gelorū. de quo Luce. xiij. Beatꝰ qui mā-
ducabit panē in regno dei: de quo ſi poſ
ſemus nos habere mō vnā micā: ſuffice-
ret nobis ꝓ cētū annis vel mille ad vitā
De ocioſo ꝟo dicit. Qui ſectať ociū ſtul
tiſſimus eſt. Nota tres gradus ſtultitie.
Primꝰ gradus eſt. Stultus eſt ꝗ ꝑmittit
perdere precioſum theſaurum meritorū
Scđs ſtultitior qn̄ perdit premium gl'ie.
Tertiꝰ ſtultiſſimꝰ eſt qn̄ videt penas in-
ferni ſibi paratas ⁊ nō curat ipſas vitare
vel fugere cū eas pōt ꝑ pniam euadere:
qꝛ peccator ꝗ ſine penitentia inueniť qn̄
moriť ſtatim in inferno ꝓijcitur. Dico ſe
cūdo ꝙ vitiū ocioſitatis eſt cōtra terrena
lem habitationē. Iō dicit. Quid hic ſta-
tis ocioſi .ſ. in loco huiꝰ mūdi. Qn̄ fit ali-
quid cōtra cōitatē loci ſolet homo repre
hendit per hic. dicēdo hic homo facit ⁊c.
Ut ſi quos vellet facere aliquā immūdi
ciā in camera regis vel in eccl'ia rep̄hen
dereť ꝑ hic: ⁊ nunquid hic ⁊c. Iſto modo
Eſa. ꝓpha rep̄hēdit vnū dī. Quid tu hic
aut quaſi ꝗs hic. Subdiť. Expellā te de
ſtatione tua ⁊ de miſterio tuo deponā te
Eſa. xxii. Hoc mō xp̄s reprehendit ocio
ſos. dī. Quid hic ſtatis ocioſi? In ꝙ oſtē
diť ꝙ vitiū ocioſitatis eſt ꝯ terrenalem
habitationē. Sicut ſi i optimo horto hor
tolanus ſubſtineret arborē aliquā infru
ctuoſam ⁊ ſterilē diceret ſibi a dn̄o: vt ꝗd
terrā occupat. Sic in optimo horto eccle
ſie plantanť hoies velut arbores i baptiſ
mo: quas xp̄s rigat ſanguīe ꝓprio: quia
al's aqua nullā haberet ꝟtutē nec effica
ciam. Sed quare plantanť? Nōne vt fa
ciant fructū virtuoſum bonorū operū et
meritoriū de quibꝰ dicit xp̄s. Ego elegi
vos ⁊ poſui vos vt eatis ⁊ fructū affera
tis: ⁊ fructꝰ veſter maneat. Joan. xv. No
ta poſui vos: ſcꝫ in horto eccleſie vt eatis
ſcꝫ per opera virtutum in vitā eternam.

¶ Dn̄ica in ſexageſima. Sermo .j.

SEmē eſt ver-
bū dī. Uerbū iſtō habeť tex-
tualr. Luc. viij. ⁊ officiať in
euāgelio currētis dn̄ice. In
p̄ſenti ſermōe intēdo vobis declarare vir
tutes edificatiuas quas hꝫ ꝟbū dei: ſed
p̄io ſaluteť ꝟgo maria ⁊c. Ex ꝓuidētia
⁊ ordinatiōe ſp̄ūſſancti eſt talis ordina-
tio ꝙ res diuine ponunť in ſacra ſcriptu
ra ſub figuris ꝑabolis vel ſi'titudinibus
Et hoc duplici rōne Prima rō ſumiť ex
augmētatiōe meritoꝝ. Scđa ex multipli
catiōe ſecretoꝝ. De p̄ria: qꝛ ſi ꝟitates di
uine clare ponerenť i ſcriptura non eſſet
tātus labor in ſtudēdo ⁊ inꝗrēdo verita
tes: ſꝫ qꝛ ponunť in figuris: iō opꝫ nos la
borare vt inueniamꝰ theſaurū ſapiētie q̄ſi
fodiēdo. Iō inter alia magna merita eſt
meritū magnū ſcrutari ſcriptura. Iō Da
uid i. p̄s. cxviij. Bti ꝗ ſcrutāť teſtimonia
eiꝰ: in toto corde exꝗrunt eū. Beati .ſ. h̄ ꝑ
grām ⁊ in futuro ꝑ gl'iam. Qui ſcrutanť
teſtimonia eiꝰ: ꝗ in figuris ponūť vt ſint
abſcōdita indignis ⁊ indeuotis ⁊ negli-
gentibꝰ: qꝛ ſi clare ponerenť: nō eſſet ibi
meritū. Scđa ratio eſt ex multiplicatiōe
ſecretoꝝ. Iō quot ſunt figure parabole ⁊
ſimilitudines: tot ſunt ſecreta. Iō dauid
in ꝑſona dei dicit. Attendite popule meꝰ
legē meā: inclinate aurē veſtrā in verba
oris mei. Aperiā i parabolis os meū: lo
quar ꝓpōnes ab initio. p̄s. lxxvij. Not.
attēdite .i. intendite popule meus legem
meā: inclinate aurē veſtrā in verba oris
mei. Ecce prima ratio. Scđa. Aperiā in
parabolis os meū .i. ſcripturā ſanctā. Iō
ex dictis rationibꝰ virtus verbi dei diciť



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



in themate per ſimilitudinẽ ſeminis. De
ſemine eñ ꝟbi dei inueniet͛ clare in ſacra
ſcriptura ꝙ verbũ dei habet ſeptẽ virtu
tes ſeu efficacias: que omnes ponuntur
ſub aliqua figura vel ſimilitudine. Et

Pˀmo eſt ſemẽ in baptiſmali gñatione.
Scd̃o eſt gladiꝰ in pniali abſolutione.
Tertio eſt clauis in ſacr͛ali ꝯſecratiõe.
Quarto eſt tyriaca ĩ corꝑali refectiõe.
Quinto eſt vngm̃ ĩ fraterna correctiõe.
Sexto eſt lumẽ ĩ doctrinali ꝑ̄dicatiõe.
Septimo eſt cibus in ſpũali oratione.

Et de prima virtute loquit͛ thema. Se-
men eſt ꝟbũ dei. Dico ergo pˀmo ꝙ verbũ
dei eſt ſemen in baptiſmali generatione.
Nam tanta eſt virtus ꝛ efficacia verbi
dei: ꝙ de filio hominis facit filium dei.
Magnam virtutem haberet verbum qḋ
lapidem vel lignum conuerteret in au-
rum: vel aquam in oleum. Maior eſt ꝟtꝰ
ꝟbi qḋ de filio hoīs ꝛ diaboli facit filiũ
dei: ꝛ hoc fit in baptiſmo qñ ſacerdos in
fundẽdo aquã dicit. Ego te baptiſo ĩ no
mine patris ꝛ filij ꝛ ſpũſſancti amen: tũc
creatura efficit͛ filiꝰ vl͛ filia dei. Baptiſ-
mus eñ oĩa pctã tollit vt dicit. s. tho. iij.
pte. q. lxix. ar. j. ſm̃ illud Eze. xxxvj. Effũ
dam ſuꝑ vos aquã mundã et mundabi-
mini ab oibus inq̃namẽtis vr̃is. vñ aug.
dicit in lib. de baptiſmo paruuloꝝ. Gene
rãte carne tm̃mõ trahit͛ pctm̃ originale:
regenerãte aũt ſpũ nõ ſolũ originaliũ ſꝫ
etiã voluntarioꝝ fit remiſſio pctõꝝ. Sic
igit͛ in baptiſmo fit q̇s filiꝰ dei. qḋ eſt ma
ioris dignitatis ꝙ̃ ſi efficeret͛ filiꝰ regis
vel imꝑatoris. Sic eñ ꝟbũ dei eſt ſemẽ.
Nã ſicut vir de vtero vxoris generat fi-
lios: ita xp̃s de ſpõſa ſua. ſ. eccl̃ia q̇ ꝑ os
ſacerdotis imittit ſemẽ ſuũ. ſ. verbũ for-
male in fontẽ quaſi in ventrem virginis
ſponſe: ꝛ ſic generant͛ hoies in filios dei
Dicit eñ Aug. Accedit ꝟbũ ad elemẽtũ
ꝛ fit ſacr͛m. Jõ Aug. ſuꝑ Joã. dicit. Que
tãta vis aque vt corpꝰ tãgat ꝛ cor abluat
Et Beda dicit ꝙ dñs tactu ſue mũdiſſi-
me carnis vim regeneratiuã cõtulit aq̇s
Et ideo dr. Volũtarie genuit nos verbo
veritatis: vt ſimꝰ initiũ aliqḋ creature eiꝰ
Jac. j. Pro dictoꝝ itelligẽtia nota ꝙ ml͛ti
ſunt baptiſmi effectꝰ vt dr. s. tho. iij. pte.
q. lxix. in multis articulis. Per baptiſmũ
eñ aliq̇s cõſequit͛ gr̃am ꝛ ꝟtutes: qꝛ vt
dicit Aug. in lib. de baptiſmo pˀuuloꝝ: et
habet͛ de ꝯſe. di. iiij. Ad hoc baptiſmus
valet vt baptizati xp̃o icorporent͛ vt mẽ-
bra eiꝰ. A capite aũt xp̃o in oĩa membra
eiꝰ gr̃e ꝛ ꝟtutis plenitudo deriuat͛ ſm̃ il
lud Jo. j. de plenitudine eiꝰ nos oẽs acce
pimꝰ. Igit͛ ꝑ babtiſmũ q̇s cõſequit͛: niſi
fictus accedat gratiã ꝛ ꝟtutes. Itẽ vt di
cit vbi. s̃. ar. v. Incorporatio illuminatio
ꝛ fecũdatio ſũt effectꝰ baptiſmi. Itẽ arti.
vij. dicit ꝙ aptio ianue regni celeſtꝫ eſt ẽt
effectꝰ baptiſmi: qꝛ ꝑ eũ impedimẽta in-
troitꝰ regni celeſtis. ſ. culpa ꝛ reatꝰ pene
remouent͛. Itẽ dr. s. tho. i. iiij. di. iiij. q. ij.
No. volũtarie genuit nos: nõ meritorie:
qꝛ añ baptiſmũ pſona nullũ hꝫ meritũ.
Sed ꝙ pſona illuminet͛ ꝛ veniat ad ba-
ptiſmũ huiꝰ rõ ex pte dei eſt q̇ volũtarie
genuit. Idẽ de pueris q̇ potuiſſent naſci
filij iudeoꝝ vel ſarracenoꝝ ſicut xp̃iano
rũ: ſed ſola volũtate ſine merito ꝑ̄cedẽte
fecit me vel te naſci de parẽtibꝰ xp̃ianis
Jõ in orationibꝰ de hoc ſingul͛r debemꝰ
deo regratiari dicẽdo cũ dauid. Saluũ
me fecit qm̃ voluit me. ps. xvij. ſ. Diligã
te dñe fortitudo mea. No. genuit nos: iõ
ipe ſolꝰ eſt pr̃. Nã patrini nõ dicunt͛ pa
tres tpaliter ſꝫ corporal͛r: ſꝫ patrini diui
nitiue. Jõ dr xp̃s nobis. Nolite vocare
vobꝫ prẽm ſuꝑ terrã. mat. xxiij. No. ꝟbo
ꝟitatis. Que eſt illa veritas. Ille q̇ dicit.
Ego ſum via veritas ꝛ vita. Joan. xiiij.
Verbũ huiꝰ veritatis eſt forma baptiſmi
Oſtendat͛ mulieribꝰ q̃ in ꝑiculo poſſunt
baptizare ꝙ nõ mutẽt verbũ veritatis: qꝛ
al͛s nõ ſaluaret͛ creatura. Itẽ vt ſimꝰ ini
tiũ aliqḋ creature eius ſcꝫ dei. Hec filia
tio incipit in hoc mũdo ꝑ gr̃am in baptiſ
mo: ꝛ complet͛ qñ intramus paradiſum
vt filij in domo parẽtũ. Jõ dicit Jo. Cha
riſſimi. nunc filij dei ſumꝰ: ꝛ nõdũ appa-
ruit q̇d erimus: qꝛ cũ apparuerit: ſimiles
ei erimus: quoniam videbimus eũ ſicuti
eſt. j. Joan. iij. Modo hec filiatio non ap
paret quia ſolum eſt in anima ſed in glo
ria apparebit manifeſte. Patet ergo ꝙ
verbum dei habet virtutem hanc: quod
de filios hominum facit filios dei in bap
tiſmali generatione. Ideo dicebat Petrꝰ
apoſtolꝰ. Renati eſtis non ex ſemine cor
ruptibili: ſed incorruptibili per ꝟbũ dei
viui ꝛ permanẽtis ineternũ. j. Pe. j. No-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ta renati.i.iterum nati de vtero.ergo ſe-
men eſt verbū dei quod fuit thema. Di-
co ſcḋo ꝙ verbum dei dicitur gladius in
penitentiali abſolutione. Et ſi aliqui ha
berent aīam ligatam mille millibus liga
minum ſeu cathenarū: virtute abſolutio
nis ſcꝫ dicendo. Ego te abſoluo: oīa vin
cula rūperent̄. Nota qūo quot peccata
mortalia fecit homo: tot vinculis ſeu ca-
thenis ligat̄ anima. Et in mēbris quibꝰ
peccat ſic ligat̄ ⁊ anima. Quia ſicut cor-
pus habet mēbra carnalia: ſic anima mē
bra ſpiritualia. Uerbi gratia. Nā quan-
do hō peccat ꝑ gulā mentiēdo vel diffa-
mando: blaſphemādo vel iurādo vel fa
cit exceſſum in comedendo: ieiunia fran
gēdo ligatur cathena in collo anime: qꝛ
per gulā peccauit. Item ſi homo peccat
corde dubitādo in fide vel falſe opinādo
vel proximū odiendo: tunc aīa ligat̄ per
cor. Itē ſi homo peccat manibus percu-
tiendo vel furādo vel tangēdo. Itē ſi re
nibus vbi eſt fons luxurie. Item ſi tibijs
vel pedibꝰ: ⁊ ideo dicit̄. Iniq̄tates ſue ca
piunt impiū: ⁊ funibꝰ peccatorū ſuorum
quiſq; ꝯſtringit̄. Prouer.v. Conſtringit̄
in aīa ⁊ corꝑe vt dixi. Mō cogitate quot
cathenis ligant̄ hoīes qui peccāt per to
tū mundū: ⁊ caput eſt in inferno: ⁊ ſunt
cathene īfrangibiles v̄tute creature: qꝛ
oēs homines mūdi cū p̄cibꝰ nō poſſent
minimam rumpere. Sed q̄n peccator hu
militer venit ad ꝯfeſſionē cū ꝓpoſito nō
redeūdi ad pctā ⁊ abſoluit̄ a cōfeſſore: ſu
bito virtute verbi abſolutionis ⁊ diuina
virtute: oīa vincula ⁊ cathene rumpūtur.
Ecce qūo verbū dei eſt gladiꝰ. Auctori-
tas. Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ pene
trabilior omni gladio ācipiti ⁊ ꝑtingēs
vſq; ad diuiſionē aīe ⁊ ſpūs. ad Heb.iiij.
Nota vſq; ad diuiſionē anime ⁊ ſpūs ſcꝫ
diabolici. Et nota hic miraculū de illo li
gato: quē ſctūs homo vidit euntē ad cō
fitendū: quē demones per cathenas tra-
hentes retrahebāt ne iret ⁊c. ideo ſolue
confitendo pctā. Nā ſi aliq̄s veſtrū eſſet
ab inimicis vinculatꝰ ⁊ cathenatus: libē
ter iret ad liberatorē ſi reperiret. Dico ter-
tio ꝙ verbū dei d̄r clauis in ſacramētali
cōſecratiōe: ꝓlatū eñ ore ſacerdotis eſt
tāte virtutis ꝙ aperit celū ⁊ facit venire
xp̄m in hoſtiā cū multitudine angeloruꝫ
ip̄m aſſociantiū: qꝛ rex nō vadit ſolꝰ. Nō
intelligat̄ ꝙ in illa apertione celi rūpan
tur: ſed d̄r aperiri ſicut apitur cor amico
reuelādo ſibi ſecretū. Talis enim cordis
cōicatio d̄r apertio: ſicut d̄r de Dalida ⁊
de Sāſone poſtq̄ȝ reuelauit ſibi ſecretuꝫ
cordꝭ. Nūc mihi apuit cor ſuū Iudi.xvj.
Tali mō intelligēda eſt aptio celi: Naꝫ
deus qui ſecretꝰ eſt in celo cū angelis et
ſanctis ſubito ad v̄bū ſacerdotis deſcē-
dit. Aucto. Greg.in.iiij.dial. ⁊ habet̄ de
cōſe.di.ij.quid ſit ſanguis. v̄ſi. Quis eñ
fideliū. ſic dicit Quis enim fideliū dubiū
habere poſſit in ip̄a immolationis hora
ad ſacerdotis vocē celos aperiri: ⁊ in illo
ieſu xp̄i myſterio angeloꝝ choros adeſſe
⁊ ſumma imis ſociari ⁊c. Nota celos ape
riri nō corporal̄r ſed ſpūal̄r vt dictū eſt: ⁊
xp̄s deſcēdit ⁊ de celo nō recedit: ⁊ tamē
deſcēdit in manus omnium ſacerdotum
conſecrantium ⁊ hoc virtute verboꝝ dei
que loquitur ſacerdos. Modo cogitate
hic qūo quilibet ſacerdos debet eſſe ſan
ctus. Primo in ore ne mentiatur. Nā di-
cit Ambro. ꝙ verbum ſacerdotis aut eſt
verum aut ſacrilegium. Item non debet
blaſphemare nec iurare. Itē ꝯſeruare de
bet manus mūdas a ludoꝛ ab armis: qꝛ
ſicut virgo maria tractat eius filiū. Tūc
enim manus ſacerdotis ſunt plene ange
lis qui tūc cantāt dicētes. Panis angeli
cus ſit panis hoīm: dat panis celicus fi-
guris terminū. O res mirabilis mandu
cat dñm: paup ſeruus ⁊ humilis. Itē con
ſeruare dꝫ. corpus ſuū mundū a luxuria
qꝛ corpus ſacerdotis eſt ꝓpriū monumē
tū xp̄i: magis q̄ȝ ſctm̄ ſepulchrū. Ideo di
cit ſancta ſcriptura. Sacerdotes qui ac-
cedunt ad dñm: ſctificent̄ ne ꝑcutiat eos
Exo.xix. Nota ne ꝑcutiat eos: ſcꝫ gladio
dānationis eterne. Auiſet̄ ppl̄s ne ado-
ret hoſtiā niſi forma conſecrationis a ſa
cerdote ꝓlata: qꝛ vſq; in vltimo verbo nō
eſt ibi xp̄s: ſicut virgo maria nō fuit ma-
ter dei niſi vltima dictione ꝑfecta. Et tūc
gabriel flexis genibus adorauit xp̄m in
vtero virginis exiſtentem. Sic nos in ho
ſtia conſecrata. Dico quarto ꝙ verbum
dei eſt tyriaca in corporali refectione: q̄n
eñ volumꝰ comedere vel bibere: ne ſimꝰ
intoxicati vel efficiamur veneno infecti:
verbū dei eſt tyriaca. Dicūt naturales ꝙ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



# Dominica in ſexageſima.

eſt vnus ſerpēs ita venenoſus ꝙ ſi mor=
det in radice alicuius arboris oēs fruct⁹
illi⁹ arboris ſunt venenati:iō comedere
de illo fructu ſine tyriaca eſſet periculū.
Sic etiā radix oim ciboꝝ fuit cibus quē
ſerpens antiquus intoxicauit ibi ponēs
venenū pcti.Jō ex quo radix fuit vene=
nata:īfecti ſunt ꝛ periculoſi oēs cibi cor
porales.Jdeo ante ꝛ poſt cibū ſumēda
eſt tyriaca ṽbi dei ſcʒ ṽſus mēſe.Pater
noſter:vel Aue maria:vel ad minus dice
re ieſus:ſi ita ſis guloſus ꝛ feſtin⁹:ꝛ iſta
eſt tyriaca:ꝛ ideo dicit ſcriptura. Cibos
creauit deus ad percipiendū cū gratiaꝝ
actione fidelibus:q2 oīs creatura dei bo
na:ꝛ nihil reijciendū quod cum gratiaꝝ
actione percipit̃.Sāctificat̃ em̄ per ver=
bum dei ꝛ orationē.i.ad Tim̄.iiij. Jdeo
quādocūqꝫ volueris comedere vel bibe
re ponatis tyriacā ne diabol⁹ ſubintret.
Nota miraculū quod narrat Grego.de
moniali comedēte lactucā in horto arre
pta a demone:vel de p̄dicatore bibēte in
villa vel de puella tres demōes in corpe
habēte.ꝛc.Dixit ꝙ dū biberet intrauert
q2 nō ſignauit ſe.Jō dicit.Cibos creauit
deus ꝛc.q2 oīs creatura dei bona eſt:ſed
diabolus intoxicauit:iō neceſſaria eſt ty
riaca bn̄dictiōis.Dico q̄nto ꝙ verbū dei
eſt vngm̄ in frnali correctione.Sicut em̄
multe plage corpales curāt̃ vnguēto:ſic
etiā ꝯ plagas ſp̄uales ꝛ vulnera aiaꝝ et
primoꝝ vngm̄ mitigatiuū ꝛ ſanatiuū eſt
ṽbū frne correctiōis:qd̄ xp̄s optim⁹ phi
ſicus ꝯfecit.Si ḡ vides amicū tuū vel vi
cinū tuū volēte peccare vel ſi iā peccauit
voca eū ad ptē dulciter dicēdo ſibi. Ta
lis fama eſt de vobis:iō amore dei corri
gatis vos.Ecce hic vngm̄ ſanatiuū. Au
dio.Miſit verbū ſuū ꝛ ſanauit eos:ꝛ eri=
puit eos de interitiōib⁹ eoꝝ.p̄s.cvi. No=
ta.Miſit verbū ſuū:q2 quodlibet verbū
correctiuū mittit̃ a deo ꝑ illū miniſtrū ꝑ
quē dr̄.Miſit ḡ ṽbū:ſcʒ ꝑ os corrigentis
et ſanauit eos de interitiōibus.i.de peri
culis mortis. Auiſent̃ hic correctores ꝙ
hoc vngm̄ ponat̃ ad inſtar vnguēti cor=
poralis qd̄ ponit̃ dupl'r:ſcʒ calidū ꝛ ſua
uiter ꝛc.ſic etiā qn̄ aliq̄s eſt vulnerat⁹ ab
aliquo pctō qd̄ credit eſſe occultū:ꝛtamē
oēs loquunt̃ dicēdo.O iſte ribaldus:vel
illa meretrix. Tu q̄ vis apponere vngm̄
correctiōis:calefacias igne charitat̃ nō
cū ſuperbia dicēdo.Uenite q2 ego cogno
ſco vos:q2 frigide poneret̃ nec ꝑficeret
Jdeo ieſus xp̄s dicit ei.Si peccauerit in
te.i.te vidente frater tuus vade ꝛ corripe
eum inter te ꝛ ipſū ſolū.ſi te audierit lu
cratus eris fratrē tuum.Mat.xviij.Jſto
mō vir dʒ corrigere vxorē ꝛc.Scdō ꝙ po
natur ſuauiter ꝛ dulciter:q2 tal's nō habe
ret pn̄iam defectus vxoris nō cū bacu=
lo nec aſpere dicēdo:tu putana ꝛc. Jdeʒ
faciat vxor de viro qn̄ ipſum videbit letū
Jdē faciat pater corrigēdo filios ꝛ ami=
cus amicū.Jdeo ap̄ls.Fratres ſi p̄occu
patus fuerit hō in aliquo delicto:vos q̄
ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in
ſp̄ū lenitatis.ad Gal.vj.Sʒ ſunt aliqua
vulera que vnguento nō poſſunt ſanari
ideo ſcindunt̃ a barbitōſorib⁹. Sic etiā
eſt de peccatis publicis ꝛ notorijs.Jō re
ctores debēt abſcindere ꝑ ordinationes
ꝛc.ideo ap̄ls.Utinā abſcindant̃ qui vos
ꝯturbant:ad Gal.v.Qm̄ ex peccatis no
torijs tota cōitas conturbat̃ ꝛ deſtruit̃.

Dico ſexto ꝙ verbū dei dr̄ lumen in do
ctrinali p̄dicatiōe.Rō q2 in factis dei to
tus mūd⁹ eſt tenebroſus de ſe.Phi em̄ q̄
tantū credebāt ſcire de deo ſolū ſciuerūt
vnā cōcluſionē:ſcʒ ꝙ vnus eſt deus vna
prima cauſa vnum primum p̄ncipiū ſeu
motor.Nō plus ſcit de deo vna vetula:
ſciēs Credo in deum:in quo ſunt duode
cim concluſiones fidei catholice.Et iſta
ſcientia vnde habetur niſi a verbo predi
cationis:ideo verbū dei dr̄ lumē:q2 nul=
lus intellect⁹ creatus poterit per ſe ſcire
ſecreta fidei niſi ꝑ reuelationeʒ:iō ap̄ls.
Fides eſt ex auditu:auditus autem per
verbū dei.ad Rom̄.x.Multi autē ambu
lant in tenebris:q2 nō audiuerūt verbū
dei:vel q2 non predicat̃ eis verbū dei:ſʒ
Ouidij Uirgilij ꝛc.Jdeo gētes ſunt i er=
rore circa agēda ꝛ credenda.ṽbi gratia.
Quot hoies ſunt qui credūt ꝙ mutuare
ad vſuram nō ſit peccatū mortale:facien
tes rationē:Nūq̄d de mea pecunia de q̄
ille ſeruit ſibi ꝛc.ſed fundamentū eſt ꝯfal
ſum.Et quod peccatum eſſet ſi theſaura
rius regis contra voluntatē regis diſpē
ſaret pecunias:Sic chriſt⁹ eſt rex ꝛ dn̄s
omniū bonoꝝ cui habemus reddere ra=
tionē.Jpſe enim precepit ne mutuemus

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ad vſurā ⁊ ne res vēdaꝛ pluris ratione dilationis ſolutiōis: nec minoris emaꝛ ꝓ denarijs promptis. Similiter etiam ꝓhibet ne mutuem⁹ ſup poſſeſſiōes: ⁊ interim recipiam⁹ fruct⁹. Itē ꝓhibet obligationē volūtatis ꝓpter mutuū: qꝛ vſura eſt. Ecce lumē ꝟbi dei. Itē quot ſunt q̄ credūt ꝙ ſimplex fornicatio nō ſit peccatū dicēdo: cui facio iniuriā ⁊c. Sȝ cui facit iniuria q̄ cū filia regis ⁊c. etiā dato ꝙ ſibi placeat ⁊ tibi. iniuria fit regi niſi tibi det in vxorē. Ecce quō ꝟbū euāgelice p̄dicatiōis ad modū luminis viā agēdoꝝ oſtēdit ⁊ i ſemitis credēdoꝝ dirigit Iō ipſe dauid Lucerna pedib⁹ meis ꝟbū tuum ⁊ lumē ſemitis meis. ps. cxviij.

¶ Dico ſeptimo ꝙ ꝟbū dei eſt cibus in ſpūali oratiōe. Et nota hic pulchrā declarationē cōem. Uidetur ꝙ deus ſuper oēm creaturā dilexit hoieȝ. A principio eī de⁹ fecit maximā multitudinē angeloꝝ q̄ ſunt ſubſtātie ſpūales. Deinde fecit maximā multitudinē creaturarū corporaliū. Et deinde fecit hoieȝ in q̄ vniuit totū. ſ. creaturā ſpūalē vt aiam ⁊ corporalē vt corpus. Angelis aūt ſolū dedit cibum ſpūalē: aialib⁹ corporalē. Homini aūt dedit cibū duplicē: corporalem ad ſuſtinēdū corp⁹. ſ. panē vinū carnes ⁊ fruct⁹ ⁊c. Et ſpūalē ad ſuſtinēdū aiaȝ. ſ. verbū dei quo aia reficitur: qꝛ nō in ſolo pane viuit homo: de hoc viuit corp⁹ ſed in omni verbo: qđ ꝓcedit de ore dei Matt. iiij. Et ideo ſicut ordinate bis in die reficiꝛ corpus cibo corporali: ita bis in die reficiēda eſt aia. ſ. de mane orādo dicaꝛ mod⁹: ecce prandiū aie. Idē in ſero. Et ſicut nō tradiṫ obliuioni prādiū vel cenā corporis: ita nec etiam debetis tradere obliuioni prandiū vel cenā aie dicēdo. Pater nr̄. in quo ſunt ſeptē petitiones quaſi ſeptem vncie panis regis ſ. xp̄i: qꝛ ipſe penſauit eū ⁊ fecit Pot⁹ eſt. Aue maria. Bona ſocietas Paꝛ noſter. Aue maria. Ferculū eſt credo in deū. in quo ſunt duodeci articuli quaſi duodeciȝ fruſtra carnis. Iō dr̄ Inuēti ſunt ſermones tui: ⁊ comedi eos: ⁊ factū ē mihi verbū tuū in gaudiū ⁊ leticiā cordis mei Hiere. xv. Nota iuenti ſunt ſermones. ſ. oratiōis. Iā cib⁹ oratiōis eſt parat⁹ nō oportet ponere niſi in ore ad comedēdū ⁊ ſic aia impigatur: iō dauid. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur aia mea: ſic ⁊ labijs exultationis laudabit os meū. in ps. lxij. Deo gartias.

¶ Dominica in ſexageſima. Sermo. ij.

CEcidit cecidit cecidit cecidit. Uerbū iſtum colligiꝛ ex euāgelio currētis dn̄ice. ⁊ Lu. viij. Sermo nr̄ erit de defunctꝭ ſȝ vt materia ſit deo acceptabilis ⁊ gratioſa: ⁊ nobis meritoria ⁊ ꝑficua: añ oia ſaluteꝛ ꝟgo maria. Multi veſtrū mirantur forte vñ hr̄ hoc thema. Dico ꝙ colligiꝛ ex euāgel. dn̄ice currētꝭ. In quo quadrupl'r. dr̄ cecidit. Et p̄mo cū dr̄ Cecidit ſec⁹ viā. Scđo cecidit ſupra petram. Tertio cecidit inter ſpinas. Quarto cecidit in terrā bonā. Ecce tota parabola euāgelij vbi q̄ter dr̄ cecidit. Uñ debetis ſcire ꝙ i ſacra ſcriptura mors hois dr̄ cadere: qꝛ q̄ moriꝛ cadit. ſ. de honore ⁊ amicis q̄ſtūcūqꝫ ſit magn⁹ dn̄s. Itē cadit de pulchritudine i turpitudinē: qꝛ licȝ viu⁹ fuit pulcher: mortu⁹ efficiꝛ turpis: itātū ꝙ eſt terror: ipm videre. Itē cadit de magnis diuitijs in magnas miſerias ⁊ pauptates: quia ſecum ſolū trahit lintheuȝ. Tertio cadit de amore in odiū: qꝛ ſtatī proijcitur de domo ⁊ ponitur ſub terra. Quarto cadit de vita in mortem: ideo mors ē cadere ſicut arbor nucis ſeu alia plena fructib⁹: ⁊ oēs volunt de ei⁹ fructibus. Sed qñ ſecuri ſcinditur ⁊ cadit deſpicitur: qꝛ cadit de magna altitudine ⁊ perdit fructus ⁊ folia. Sic eſt de homine diuite ſeu honorabili: q̄ viuus honoraꝛ ꝓpter fruct⁹ diuitiarū ſcȝ qñ ſecuri mortis ſcindiꝛ ⁊ cadit ad terrā: ſtatim deſpiciꝛ. Ideo de hoc eſt autoritas que loquitur in perſona morientis. Si ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aquilonem: in quocunqꝫ loco ceciderit: ibi erit. Eccls. xi. Sed eſt hic queſtio quare pſona pro pctō vnius hore vel diei puniaꝛ Eternaliter pena ifinita ſi dānatur. Nā bonus iudex ſm culpam debet dare penam. Et concordat ſacra ſciptura dicēs Pro menſura peccati erit ⁊ plagarum modus. Deuꝛ. xxv. Itē alia de nouo teſtamento. Quantū gloriſicauit ſe et in

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



delitijs fuit tm̄ date ei tormētū ⁊ luctū.
Apoc.xviij.Bona eſt q̄ſtio ⁊ multi erra
uerūt i ea:vt Orige.ſ3 ꝙ dicit hierony.
Et rō ē:q2 credūt ꝙ ſicut finit vita hoīs
finiat etiā pctm̄.Ecce fundamētū erro=
ris:⁊ hoc veīt ex ignorātia:q2 imo mag3
tūc ē obſtinata i illo pctō volūtas pecā=
tis:iō dicit i q̄cūq3 loco ceciderit ibi erit
No.exēplū de duob⁹ q̄s vultis punire
de aliq̄ defectu ⁊ vn⁹ recognoſcēs culpā
ſuā hūiliter petit veniā ꝓmittēs emēdā
ſtatim remittitis ſibi. Ali⁹ vo obſtinat⁹
rebellat iō pcutitis eū gladio ⁊c. idē eſt
de pctōrib⁹.Ecce quare dicit ſi cecide=
rit lignū ad auſtrū. Qō aūt mors dicat
cadere.autoritas.ij.reg.iij. Nō ignora
tis q̄m p̄riceps maxim⁹ cecidit in iſrael
Dicit dauid de morte abner.de iſto ca=
dere.ergo recepit thema dicēdo cecidit
quater:iō q2 quattuor ſunt modi ſeu cō
ditiōes morietiū. Nā aliq̄ moriunt i pec
cato origenali:ideo dicitur p̄mo cecidit
Aliq̄ i pctō mortali:iō ſcdo dr cecidit.
Aliq̄ i pctō veniali:iō dr tertio cecidit.
Aliq̄ i grā ſpūali.iō dr quarto cecidit.
¶ Primo dico ꝙ aliqui moriuntur i pec
cato originali vt pueri nō baptizati: iō
nō p̄nt intrare gloriā paradiſi.Quia di=
cit xps beato ioanni:qn̄ ſibi oſtēdit glo
riā paradiſi. Nō intrabit in eā aliq̄d co
inquinatu3 aut abominationē faciens.



Apo.xxj.pctm̄ originale eſt q̄dā macu=
la quā recipit aīa i vtero mulieris:ac ſi
rectores hui⁹ ville facerēt vnā imaginē
vt ponerent i tēplo:q̄ dū ducit ad tēplu3
cadit in lutū ⁊c.Et de hoc peccato dicit
dauid in.pſ.l.Ecce em̄ in iniquitatibus
ꝯcept⁹ ſum:⁊ in pctīs ꝯcepit me mr̄ mea
i.i pctō originali Et ponit ibi plurale ꝓ
ſingulari. Nota pctm̄ originale eſt vnū
numero in vno hoīe:ſ3 in oīb⁹ eſt vnum
ſpē:vt dicit.ſ.tho.p̄ma ſcdē.q.lxxxj. ar.
ij.⁊ di.xxxviij.q.j.art.iij. Eſt tn̄ etia3 in
vno hoīe peccatum originale multiplex
ꝟtute:q2 ꝟtualiter ꝯtinet oīa pctā:vt di
cit.ſ.tho.j.ij.q.lxxxij.arti ij.ad ſecūdu3.
Sic igit p3 quō ꝟbū dauid intelligēdu3
eſt cū dicit.Ecce em̄ in iniq̄tatib⁹ ꝯcept⁹
ſu3.loquens de peccato originali i quo
pueri ꝯcipiūtur. Propter hoc niſi lauē=
tur baptiſmo nō p̄nt intrare paradiſum
iō dr.Amē amē dico vobis niſi q̄s rena=
tus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpū ſctō nō pt itroire i
regnū dei.Jo.iij.Ideo debetis eſſe dili
gentes vt pueri baptizent nec cadāt ex
tra gliā hoc eſt i limbū pueroꝝ.No.oēs
tenent ad baptiſmū ⁊ ſine eo nō pōt eſſe
ſalu⁹ hoīb⁹ vt dicit.ſ. Tho.iij.p.q.lxviij.
ar.j.⁊.iiij.di.vj.Itē pueri baptizatoru3
debēt baptizari.Et ēt ſi mō aliq̄ ſctifica
rent in vtero neceſſe eſſet eos baptizari
vt p ſuſceptionē characteris alijs mem=
bris xpi ꝯformarent.Hec.ſ.tho.iij.p.q.
lxviij.ar.j.in ſolu.ij.⁊ . iij. argumētorū.
Ite3 vbi.ſ.ar.ij.dicit ⁊ ꝓbat ꝙ nullus
poteſt ſaluari ſine baptiſmo in actu vel
ꝓpoſito.Dicat quō ſūt quattuor dom⁹
in corde terre.Prima eſt inferior:⁊iſta ē
infern⁹ dānatoꝝ.Scda eſt locus purgā
doꝝ.Tertia eſt limbus pueroꝝ.Quar=
ta eſt ſinus ſanctoꝝ patrū. In limbo.ij.
cadunt pueri q̄ moriunt cū pctō origina
li ſolū ſiue ſint filij xpianoꝝ ſiue infide=
liū:⁊ nō habēt ibi niſi ſolā penā damni
De hoc.ſ.tho.ij.ſcrip.di.xxxiij. q .ij.ar.
ij.di.xlij.q.ij.ar.j.iiij.di.xvj.q.j.ar.ij.q.
ij.⁊.iij.pte.q.j.ar.iiij.ad.ij.Et dicit ſan=
ct⁹ Tho.in.ij.ſniaꝝ ꝙ diſputāt iter ſe ⁊
ſtant lete. Ac ſepate cū ſolo pctō origi=
nali cognoſcūt oīa naturalr cognoſcibi
lia a rōne ⁊ multa alia dicit.ſ.tho.ij.di.
xxxiij.q.ij.ar.ij.iiij.di.l.q.j.art.j.ad vij.
Itē in de malo.q.v.ar.iij. Habēt ei cla
ritatē intellect⁹ ſed nō glorie nec diſpli=
cet eis nec triſtant ſicut nec tu habes tri
ſtitiā:q2 nō es rex aragonū:q2 nō debe=
tur tibi:vl q2 nō habes alas ad volādū
Idē ē de illis pueris.iō dr.Audite ꝟbū
iſtud qd ego leuo ſup vos planctū.Ce=
cidit ⁊ non adijciet vt reſurgat. Uirgo
iſrael ꝓiecta eſt in terrā:nō eſt qui ſuſci
tet eā.Amo.v. Nota plāctū q2 mortua
eſt creatura ſine baptiſmo. Nota ergo
quō ē magnū peccatū quādo mulieres
cuiuſcūis ſint ſtat⁹ occidūt ꝓles ne pctm̄
ſciat:⁊ cōtra apothecarios q̄ dāt medi=
cinas vt moriant:ideo dicit ꝟgo iſrael
Illā aīam vocat ꝟginē:eo q2 nūq̄ cōſen
ſit in aliquo peccato:⁊ ꝓiecta ē in terrā
ſc3 in limbo.Ecce p̄mū cecidit. ¶ Dico
ſcdo ꝙ aliqui moriunt i pctō mortali q̄
dure puniunt:vt religioſus q̄ non tenet
ſuā regulā nec vota q̄ iurauit:vel p̄ſby=
ter qui nō viuit caſte:vel laicus qui non

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



eſt obediēs deo nec preceptis ei⁹: vel q̄ nō ſeruat caſtitatē. Nā tales moriunt̄ i pctō mortali ⁊ vadūt ad īfernū dānato rū ad cētū milia dyaboloꝝ: ideo de tali bus dr̄. An ignoras q̄m benignitas dei ad penitētiā te adducit. Scd̄m aūt duri ciā ⁊ īpenitens cor theſaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei q̄ reddet vnicuiq̄ ſm opa ei⁹. Ad rom. ij. Nota: O miſer pctōr: an ignoras te eſſe in pctō: ⁊ benignitas dei ad peniten tiā te adducit: q̄ tñ ad penitētiā noluit adducere angelos peccātes. Sꝫ imedia te cōtra eos facta fuit executio ⁊ oibus dat ſpaciū penitētie. Sed q̄n nolunt cō uerti q̄n moriuntur cadūt ī inferno. Au toritas cū ſecretis. Qui ceciderit ſup la pidē iſtū ꝯfringet̄ ſup quē vero cecide rit ꝯteret eū. Mat. xxj. ¶ Dico tertio ꝙ aliqui moriūtur in pctō veniali ſolū: iō dr̄ tertio cecidit: licet fecerūt multa pec cata mortalia: tñ fecerūt pniam: ſꝫ non cōdignā. Jā tales q̄n moriunt̄ nō ſtatī vadūt ad paradiſuꝫ: nec ad infernū: ex q̄ cōfeſſi fuerūt ſed vadūt ad purgatoriū q̄ð eſt domus plena ignis: qui ꝟtute di uina cruciat aīas magis q̄ſi aīa eſſet in furno ardenti. Nota di. ſ. Tho. iiij. di. xxj. q. j. ar. j. q. iiij. ⁊. iij. pt. q. xlvj. ar. vj. ad tertiū ꝙ minima pena purgatorij eſt maior q̄ maxima hic. Et pena purgato rij ſemp taxat̄ ſꝫ quātitatē pcti: vt dicit ſ. tho. in. iiij. di. xx. q2 tm̄ eſt ad ſoluēduꝫ peccatū. Et pena purgatorij purgat illa reatu pene in ſoluēdo penaꝫ. vt dicit. ſ. Tho. iiij. di. xxj. q. j. ar. iij. q. ij. Et iō dr̄ Si q̄s ſupedificat ſup fundamētum hoc aurū: argētū: lapides p̄cioſos: ligna: fe nū ſtipulā: detrimētū patiet̄: ip̄e tñ ſalu⁹ erit ſic tñ quaſi p ignē. j. Coꝝ. iij. Nota ſi q̄s ſupedificat ſup fundamētū hoc. ſ. fidei: q2 ad purgatoriū non vadunt niſi xp̄iani q̄ ſtant ſupra fundamētū fidei ſꝫ edificauerūt ligna: fenū ⁊ſtipulā. j. pctm̄ veniale. Jō patiunt̄ in illo igne. Pro: q̄ notandū ſm. ſ. Tho. iiij. ſcri. di. xxj. q. j. ar. ij. q. j. ꝙ triplex differentia ponit̄ pec catoꝝ venialiū. Quia quedam ſunt gra uiſſima in genere venialiū ⁊ difficillime purgabilia: ⁊ hec p lignū ſignificantur. Quedā minima q̄ p ſtipulaꝫ ſignificant̄ Quedā media q̄ p fenū ſignificant̄. Ra tio dictoꝝ q2 venialia charitati adiūcta poſſuꝫ per aliquā penā cōſumi. Jō con uenieter ſecūdum methaphorā ſignifi cantur illis que per igneꝫ conſumūtur. Et q2 quāto aliq̄ð peccatū eſt grau⁹ tā to difficili⁹ purgat̄ ⁊ in pctis venialib⁹ inuenit̄ alterū altero grau⁹. Jdeo con uenienter eoꝝ diuerſitas ſignificatur p diuerſitatē eoꝝ q̄ facilius ⁊ tardius cō ſumunt̄ ab igne. Et q2 perfectio cuiuſli bet quātitatis ternario cōprehendit̄ p pter pricipiū mediū ⁊ finē. Jdeo triplex differētia peccatoꝝ venialiū: vt patuit ponit̄. His dictis cōſonat beat⁹ Augu. cuius ꝟba magiſter ponit in. iiij. di. xxj. Dicūt tñ doctores ꝙ minima pena pur gatorij eſt maior omni pena hui⁹ mūdi q̄ð ⁊ ſctūs Tho. cōcorditer tenet vt pa tuit. Nota practicā qūo anima cadit in purgatorio de manib⁹ boni angeli. Et dicit aīa in purgatorio exiſtens malitie diaboli. Ne leteris inimica mea ſup me q2 cecidit ſupple in purgatorio: q2 cōſur gam ſupple ꝯpleta pnia. Miche. vij. Ec ce tertiū cecidit. ¶ Dico quarto ꝙ aliq̄ moriunt̄ in gratia ſpūali pure: ſicut ſunt hoīes vel mulieres: qui tenēt vitā apo ſtolicā ſeu ſpūalē: q̄ licꝫ fecerīt pctā mor talia tñ fecerūt cōdignā penitētiā ꝯfiten tur ſepe ⁊ cōicant: ⁊ plorāt ſua pctā ⁊ fa ciūt magnas penitētias: ⁊ lucrant̄ ma gnas idulgētias ⁊c. intātū ꝙ ſi poneret̄ in ſtatera diuine iuſtitie oīa bona q̄ fece rūt ⁊ bona opa in vna pte ⁊ mala ī alia plus pōderarēt bona q̄ mala: tales q̄n moriūtur via recta vadūt ad paradiſū ⁊ aſcendunt ad gloriam celeſtem. Et de iſtis dicit apl's. Scimus eñ q̄m ſi terre ſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur: ꝙ edificationem ex deo ha bem⁹ domuꝫ nō manufactā: ſed eternaꝫ in celis. ij. ad Coꝝ. v. De q̄libet tali aīa beata dr̄ in euāgelio. Cecidit ī terrā bo nam. Lu. viij. De qua dauid. Credo vi dere bona dn̄i in terra viuētiū. Cauete ne cadatis de paradiſo. Dicit dō. Jm pulſus euerſ⁹ ſuꝫ vt caderē: ⁊ dn̄s ſuſce pit me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s: ⁊ fact⁹ eſt mihi ī ſalutē. p̄s. cxvij. Nota impulſus. ſ. in morte per diaboli tētatio nes: ſed dn̄s ſuſcepit me. Qui mitit an gelos ſuos ⁊c. Laus mea. ſ. ī aere cōtra

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



demones: qñ dixi. Deo gratias ꝗ liberauit me de tali peccato: de quo ille ꝓditor me tẽtauit ⁊c. Dñs factꝰ eſt mihi in ſalutẽ. qñ dat mihi gloriã celeſtem.

¶ Dominica in ſexageſima. Sermo. iij.

Datus eſt mihi ſtimulus carnis mee. ij. Cor. xij. Pro huiꝰ ꝟbi declaratiõe eſt ſciẽdũ ꝙ inter multa ⁊ magna mala miſerias huius mũdi ſunt duo: ſcꝫ prõptitudo ad malũ: ⁊ difficultas ad bonũ. Ad malũ aũt inclinamur naturalr̃. Et ideo dicit̃. Senſus em̃ ⁊ cogitatio humani cordis in malũ ꝓna ſunt ad adoleſcẽtia ſua. Gen. viij. Sed difficultas ẽ illi ꝗ vult viuere ſancte ⁊ ordinate. ſ. iuxta dei volũtatẽ et ĩpedit̃ ⁊ retrahit̃ ad extra. ſ. carne. Sicut em̃ equꝰ ꝗ de ſe eſt leuis ĩpeditur tñ a curru quẽ trahit. ita etiam aĩa ꝗ de ſe eſt leuis ad currẽdũ ad paradiſum retrahit̃ onere carnis: qð trahit ⁊ cõtradixit. ideo apoſtolꝰ Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̃: ſpũs aũt aduerſꝰ carnẽ. Ad gal. v. Multi vellẽt viuere in humilitate ⁊ caſtitate: ⁊ ſic de alijs: ſed ĩpediunt̃ a carne. De hoc complãgendo ſe aplꝰs dicit. Cõdelector em̃ legi dei ſcḋm ĩteriorẽ hoĩez. Uideo aũt aliã legẽ ĩ mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee et captiuãtẽ me in lege pcĩ: ꝗ eſt in mẽbris meis. Infelix ego homo ꝗs me liberabit de corpore mortis huiꝰ. ad Ro. vij. Ideo ex hac difficultate aliꝗs dimittit bonã vitã: ſed ſcḋm interiorem hoĩem inſtigat̃ ad vitã virtuoſaz: queadmodũ ſtimulat̃ aſinꝰ vt vadat: iõ aplꝰs de ſtimulo ſuo dicebat thema. Datꝰ eſt mihi ⁊c. Pꝫ ergo thema ⁊ inuenio in ſacra ſcriptura ꝙ xp̃s hꝫ ꝗttuor ſtimulos ꝗbꝰ diuinitꝰ excitamur vt vadamꝰ ad paradiſuz.

Primus eſt dolor corporalis affligẽs.
Scḋs eſt dolor cordialis cõpungens.
Tertius eſt timor iudicialis cõfigens.
Quartus eſt amor ſpũalis perurgẽs.

De pmo ſingl'r loꝗt̃ thema. Datꝰ eſt ⁊c.

¶ Dico pmo ꝙ deꝰ hꝫ ſtimulũ de dolore corꝑali affligẽte: ne ſcꝫ pigritemur in bona vita: ſicut ſunt infirmitates: dolores: paupertates: fames: ſiccitates mortalitates ⁊c. Nõ credatꝫ ꝙ deꝰ delectet̃ ĩ noſtris malis: ſed ratio principalis noſtrarũ afflictionũ ex parte dei ẽ reductio: exercitatio: ⁊ ꝓmotio ad bonũ: ⁊ tandẽ introductio ad gl'iam. Nota ad hoc ſimilitudinẽ de iumẽto ꝙ portat onꝰ ꝙ nõ delectabiliter ꝟberat̃ a dño ſuo: ſꝫ ſi deuiat a via: tũc ꝑcutit̃ ⁊ ad viaz reducit̃ ꝑ flagelluz. Si ꝟo nõ deuiauit adhuc cũ flagello ꝑcutit̃ nõ delectabilit̃ ſꝫ vt citius vadat ⁊ vlteriꝰ ꝑcutit̃ vt currat ⁊ tandẽ ad domũ veniat. Si etiã via ad paradiſũ eſt bona vita. Hec eſt via ambulate ĩ ea ⁊ nõ declinetis neqꝫ ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtrã. Eſa. xxx. Sꝫ aliꝗties hoĩes deuiant ad dexterã amore ꝓſperitatis dimittẽtes bonã vitã ⁊ faciũt ꝯtra dei mãdata: vel ad ſiniſtrã timore aduerſitatꝫ vt fugiãt mala dimittũt bonã vitã. Uidẽs ergo deꝰ ꝙ iumẽtũ ſuũ deuiat a via recta ſtimulat ipſum flagello infirmitatis vel famis doloris: vel mortalitatis ꝗ tangũt carnẽ vt dicat homo. Si ego eſſem in via bone vite nõ ſtimularet me ⁊ ſic reducit̃ ad viã cõterẽdo: cõfitẽdo ⁊ remittẽdo ⁊c. Si forte ſit in via: ſꝫ vadit tarde tepide ⁊ ſpacioſe: ſtimulatur etiaꝫ a deo vt citiꝰ ambulet ꝑ bona opa accelerãdo ⁊ feſtinãdo ad bonã vitã meliorãdã ſe. ſ. cũ maiori feruore ſpiritꝰ vt diligentiꝰ faciat bona opa. Hãc ſtimulationẽ ⁊ ſimilẽ tãgit dauid ꝗ de ſe dicebat deo. Ut iumẽtũ factus ſum apud te: ⁊ ego ſemꝑ tecũ. Tenuiſti manũ dexterã meã: ⁊ in volũtate tua deduxiſti me ⁊ cũ gl'ia ſuſcepiſti me. ps. lxxij. Nam dauid optime ſentiebat ſtimulũ dei: ideo ſi erat extra viã ſtatiꝫ reducebat ſe ad viã dicẽdo. Miſerere mei deꝰ ⁊c. Sꝫ ſi iã erat in via feruẽtiꝰ opabatur. ideo dicit. Ut iumentũ factꝰ ſuz. Hic apparet defectus noſter: qꝛ nõ poſſumꝰ dicere. Ut iumẽtũ factꝰ ſum: ſed minꝰ ꝗ̃ iumentum: qm̃ iumẽtum ſi eſt extra viã ⁊ flagellat̃ a dño ſuo ſtatĩ reducit ſe ad viã. Nã videt̃ habere rõnẽ ⁊ cognoſcere: ꝙ ideo ꝑcutitur a dño: qꝛ eſt extra viam. Et tu ꝗ per peccata es extra viã bone vite ⁊ deꝰ flagellat te: tu nõ cognoſcis nec ꝓpter hoc redis ad viã. immo multi efficiunt̃ ex hoc peiores: iõ nõ potes dicere cũ dauid Ut iumentũ factus ſum. ſed minꝰ ꝗ̃ iumentum. Idẽ ſi iumentũ ſit in via et percuti-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tur a dño:ſtatim meliorat paſſum acce-
lerando:quaſi cognoſcat ꝙ dñs:ideo ꝑ
cutit ipm̄.Et qñ tu hõ vel mulier a dño
flagellaris:facis oppoſitũ.non ſoluꝫ nõ
melioras te imo in corde tuo recipis in-
dignationẽ contra deũ:dicendo malas
grates ꝛc. Nõne videtur vobis ꝙ ſum⁹
min⁹ ꝙ̃ iumentũ . De hoc ſtimulo dicit
apl'us. Ne magnitudo reuelationũ ex-
tollat me.i.extra viã tollat.dat⁹ eſt mihi
ſtimul⁹ carnis mee angel⁹ ſathane q̇ me
collaphizet.ij.ad.Cor.xij.Paul⁹ eſt ſu-
per oẽs mortales ꝛ habuit donũ reuela
tionũ:qꝛ ſicut amic⁹ oñdit amico totã do
mũ ſuã:ita xp̄s oſtendit paulo paradi-
ſum ꝛ ordines ãgeloꝝ ꝛ oia edificia pa
radiſi plus ꝙ̃ ioãni.intm̄ ꝙ dicit . Aug.
ꝙ oñdit ſibi diuinã eẽntiam . Paul⁹ em̄
in raptu vidit diuinã eſſentiã: vt dicit.ſ.
Tho.j.par.q.xij.ar.xj . in ſolutione ad
ſcd'ꝫ.vbi dicit ꝙ ſicut de⁹ aliquid mira-
culoſe ac ſupernaturaliter in rebus cor-
poreis opatur:ita etiã ſupnaturalr' ꝛ ꝑ-
ter cõmunẽ ordinẽ mẽtes aliquoꝝ i hac
carne viuentiũ:ſed non ſenſibus carnis
vtentiũ vſqꝫ ad viſionem ſue eſſentie ele
uauit:vt dicit Aug.xij.ſup Gen̄.ad lr'aꝫ
et in libro de vidẽdo deũ.de moyſe qui
fuit magr' iudeorũ:ꝛ paulo qui fuit ma-
giſter gentiũ.Hec.ſ. Tho.vbi.ſ. Idem
dicit in.iiij.diſt.xlix.ꝛ in de v̾itate.q.xiij.
ꝛ.ij.ij.in materia de raptu:ideo ne ma-
gnitudo reuelationũ eũ extolleret dat⁹
fuit ſibi ſtimul⁹ carnis. gloſa verior di-
cit ꝙ iſte ſtimul⁹ fuit dolor lateris: ſcilꝫ
punctio.Si dicat' hoc impediebat eũ ne
ita cito ãbularet ſibi auferendo ieiunia
predicationes ꝛc. Rñdeo ꝙ apl'us ꝓfi-
ciebat ex patiẽtia illa ꝛ humilitate dolo
ris:qꝛ erat ita ſctũs ꝙ curabat alios in
firmos et ꝙ ita pateretur patienter. Si
ergo apl'us tã ſctũs indigebat ſtimulo:
ꝙ̃to magis nos pctõres debem⁹ patien
ter ſuſtinere flagella . Scd'ꝫ ſtimul⁹.eſt
doctor cordialis pungens.Iſte eſt p̄di-
cator verbi dei q̇ ꝑ aures ſtimulat ꝛ pũ-
git cor vt ad deũ veniat.Sec⁹ eſt de p̄di
catore:ſeu doctore curioſo q̇ p̄dicat v̾ba
ornata:qꝛ iſte non pungit cor:ſed ſolum
aures.Sꝫ p̄dicatator q̇ p̄dicat v̾ba ſacre
ſcripture pũgit cor ſupbi qñ reducit' ad
viã hũilitatꝫ:vl' auari qñ reducit' ad viã
liberalitatꝫ ꝛ mĩe reſtituẽdo: ſic de aliis
De iſto mõ loq̄ndi ad cor dicit Eſaias.
Dicit de⁹ vr̄ loq̄mini ad cor hierl'z ꝛ ad
uocate eã.Eſa.xl. Nota loq̄mini ad cor.
nõ dicit ad aures ipas demulcẽdo rythꝫ-
mis ſeu v̾bis poetaꝝ. Hierl'm d'r h̄ aia.
De iſto ſtimulo auctoritas . Verba ſa-
piẽtiũ ſicut ſtimuli ꝛ q̃ſi claui i altũ defi-
xi:q̇ ꝑ magroꝝ ꝯſiliũ data ſunt a paſto
re vno.Eccl's.xij. Nota v̾ba ſapientiũ.
i.p̄dicatoꝝ:qꝛ ſicut iuriſte vulgarit' dicũ
tur ſapiẽtes:qꝛ ſciũt leges vl' canones ꝛ
allegatiões ꝛc.faciũt fieri iuſticiã de re
ceptis ſeu iniuriatis.Ita p̄dicatores ſa
cre ſcripture faciũt iuſticiã fieri.ſ. pniaꝫ
pctõrib⁹ a diabolo deceptis:q̇ eſt q̇dam
iuſticia pnialis. pnia em̄ eſt v̾tus ſpecia
lis moralis:nõ theologicalis:ꝛ eſt pars
iuſticie ꝯmutatiue ſubiectiua:vt dicit.ſ.
tho.iiij.di xiiij.ꝛ.iij.par.q.lxxxv . Et ſic
p̄dicatores ſacre ſcripture faciũt iuſticiã
fieri pctõrib⁹.ſ.punitionẽ.v̾bi grã. Dia
bol⁹ vt falſus emptor modico p̄cio emit
aiam pctõris:in qua emptiõe:eſt fraus
vltra dimidiũ iuſti p̄cij:qñ ꝯſulit hoi vt
faciat vſurã:furtũ:rapinã:vl' ꝙ retineat
ſibi decimã vel alias res: ꝛ hõ ſibi ꝯſen
tit:tunc vendit' diabolo.Iõ quid debes
facere venire ad iuriſtã leges ſcientẽ et
canones ſacre ſcripture:ꝛ ſic p̄dicator ꝑ
dicando dicet ꝙ debes facere reſtitutio
nẽ ſi aliq̇d fuiſti lucrat⁹ in ludo cũ taxil-
li.Et hoc qñ tentauit vl' decepit te dia-
bol⁹ auaricia.Scd'o diabol⁹ decepit de
luxuria iuuenes ſuggerẽs ꝙ eſt magna
delectatio:tu parẽs ſibi ad pũctũ: gl'iaꝫ
paradiſi amittis ꝛ pdis oĩa merita i pũ
cto qñ tu ꝯſentis ſibi qꝛ p vnũ pctm̄ mor
tale bona opa mortificant'.De bonoꝝ
operũ mortificatiõe:vide ſctm̄ Tho.in
iiij.di.xiiij. Veni ergo ad ſapientẽ in p̄-
dicatione habebis ꝯtritionem: ꝛ ſtatim
oĩa pdita tibi reſtituent'. Ecce rõ quare
predicatores dicunt' ſapientes. Auctori
tas xp̄i.Ecce mitto ad vos ꝓphetas ſa
pientes ꝛ ſcribas.Mat.xxiij.Scd'o dicit
ſicut ſtimuli dicit ꝙ v̾ba p̄dicatoris ſunt
ſicut ſtimuli:q̇ pũgũt ꝯ difficultatẽ ad be
ne operandũ:ꝛ quaſi claui in altũ defixi
ꝯtra ꝓnitatem ad malũ que per magi-
ſtroꝝ ꝯſiliũ.Glo.ordi. ꝓphetaꝝ ꝙ̃tũ ad
vet⁹ teſtamẽtũ:ꝛ apl'oꝝ ꝙ̃tũ ad nouum:

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



data ſunt a paſtore vno.ſ.xp̄o. Tertius
ſtimulꝰ eſt timor iudicialis configens.i.
clauificās. Inter alia q̄ multū retrahūt
hoiem a malo ⁊ a pctō et excitant ad bo
nū eſt timor iudicij particularis vl' gn̄a
lis: ad qđ opꝫ nos venire: ⁊ forte citiꝰ ꝙ̄
credamꝰ. Iō dꝫ qlibet intra ſe cogitare
vel cogitando dicere. O miſer videamꝰ
quē cōputū reddā deo de vita mea. ⁊ qđ
rn̄debo xp̄o mihi dicenti. Ecce qđ feci ꝓ
te: videamꝰ qđ feciſti ꝓ me. Bn̄dicꝰ erit
q tunc poterit dicere ⁊ rn̄dere dicendo.
Dn̄e ego erā ſupbus: ſꝫ amore ⁊ exēplo
vr̄i fui humiliatus. ⁊ ſic de alijs. Sed vi
deatis de illis q nihil fecerunt ꝓ xp̄o: et
hoc timore qlibet dꝫ ſe a pctīs cuſtodire
Sꝫ et hoc timore aīalia irrationabilia
vincunt nos q̄ a maximis ɔcupiſcentijs
abſtinēt timore periculi. Verbi grā. Ca
nis lꝫ famelicus abſtinebit nec recipiet
panē ſi dat' ſibi cū virga in capite vel cū
puncto gladij: ⁊ nos minꝰ ꝙ̄ beſtie: nolu
mus abſtinere a pctīs timore gladij di
uine iuſticie ⁊ dānationis immo deſpi
cimꝰ. Iō pctōribꝰ dicit dauid in pſalmo.
Niſi cōuerſi fueritꝫ gladiū ſuū vibrauit
arcū ſuū tetēdit ⁊ parauit illū ⁊c. Iō dō
orādo dicebat. Confige timore tuo car
nes meas. a iudicijs eñ tuis ti. i p̄o. cx
viij. Iſte ſtimulꝰ facit magnū bonū. No
ta exēplum de vno iuuene q ſomniādo
fuit interrogatꝰ a xp̄o in iudicio ⁊ ſubi
to ex timore totꝰ factus fuit canꝰ. i. albꝰ
Iſto ſtimulo paulꝰ fuit conuerſus qꝛ qn̄
xp̄s ſibi dixit. Saule ſaule durū eſt tibi
ɔtra ſtimulū calcitrare. Act. ix. Cui xp̄s
oñdit ſe vt dicūt gloſe. ſicut ſtabit i iudi
cio. Paulꝰ ſtatim tremēs ac ſtupēs dixit
Dn̄e qđ me vis facere. De iſto ergo iu
dicio cogitate dicendo. Videamꝰ ſi mō
morerer qđ eēt de aīa mea: qꝛ tā malā vi
tā teneo ⁊c. Circa p̄dicta nota ꝙ ſ. Tho.
iij. pte. q. lvij. ar. vj. i ſolutiōe ad tertiū.
dicit ꝙ paulꝰ i ſua ɔuerſiōe vidit xp̄ꝫ cor
poralr'. Quartꝰ ſtimulꝰ eſt maior alijs. ſ.
amor ſpūalis perurgēs. Qñ ea q̄ qs fa
cit: facit ex charitate dei ⁊ primi ſolo pu
ro amore facit: dato ꝙ nō eēt infernꝰ nec
aliq̄ alia pena: ſꝫ ſicut philocapti q ſtul
to amore pdūt ſomnū ⁊ potū ⁊ cibū. Sic
etiā de illis q ſunt ita philocapti de deo
ꝙ amore eiꝰ pdūt ſomnū vigilādo in oi
bus pdunt cibū ⁊ potū ieiunādo: ⁊ labo
rant ꝑ bona opa. Iſto ſtimulo purgebā
tur apl'i xp̄i ⁊ diſcipl'i. qꝛ nō timore. Nā
pfecta charitas foras mittit timorē: im
mo exponebāt ſe piculis ⁊ aduerſitatibꝰ
p̄dicādo fidē xp̄i i honorē dei ⁊ ſaluatio
nē aīaꝝ: dicentes. Charitas dei vrget
nos. ij. Cor. v. De iſto ſtimulo dicit au
ctoritas ſacre ſcripture. Qui tenet ara
trū ⁊ q glīat i iaculo ſtimulo boues agi
tat: ⁊ cōuerſat' in opibꝰ eoꝝ. Eccle. xxx
viij. Nota q tenet aratrū: aratrū eſt lin
gua p̄dicatoris arās terrā ɔſciētiaꝝ: vt
faciat fructū ꝓuocādo ſupbū ad hūilita
tē: auaꝝ ad miaꝫ ⁊ liberalitatē ⁊ xp̄s te
net eā in manu ſua: qꝛ al's nullus poſſet
fructuoſe p̄dicare. Hois ē animū ꝑpara
re. ſ. legēdo: ſtudēdo: ɔtēplādo: ⁊ dn̄i eſt
gubernare linguā. Prouer. xvj. ſ. p̄dicā
do. Itē q glīat in iaculo. ſ. vga q̄ eſt ſcri
ptura. Et ſumit' ꝑ auctoritate ſeu ptāte
regali. Et iō dr. Cōſurget vga de iſrl' et
pcutiet duces moab. Nūe. xxiiij. Nullꝰ
rex pōt glīari iaclo: qꝛ vicē gerētes ⁊ offi
ciales xp̄i ſolū: ſūt niſi ſolū dn̄s ihs xp̄s
q hꝫ auctoritatē ⁊ ptātē regalē. Qui ſti
mulo ſui amoris boues agitat. ſ. potētes
in potentia ⁊ ſcia pfectos: qꝛ oues. i. ſim
plices tribꝰ primis ſtimulis agitantur.

¶ Dn̄ica in ſexageſima. Sermo. iiij.

Exiſt qui ſe
minat ſeminare ſemē
ſuū. Luc. viij. In p̄nti
ſermone cogitaui tene
re modū quē tenēt iſti
magr̄i domoꝝ. Nota
bilis ſmo. qñ volunt
edificare vnā magnā domū ſeu turriꝫ. p̄
mo ponūt fundamētū forte tal'r ꝙ edifi
ciū nō pōt cadere vento nec pluuia nec
terremotu: deide edificant cameras ad
habitādū. Sic volo facere nūc in iſto ſer
mone. Prio ponā fundamētū: ⁊ forte plꝰ
ꝙ̄ celū ⁊ terrā. ſ. vbū dei. i. hiſtoriā euan
gelij de q dicit xp̄s. Celū ⁊ terrā trāſibūt
vba aūt mea nō trāſibūt. Lu. xxj. Et po
ſito iſto fundamēto: edificabo plures ca
meras. ſ. intelligētias ſpūales i qbꝰ ha
bitēt aīe nr̄e cōtēplādo. Dicat' breuiter
hiſtoria euāgelij ad lrāꝫ. Ecce fundamē
tū poſitū. De q aplˢ. ſ. Cor. iij. Funda

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

mentum aliud nemo pōt ponere p̄ter id qđ poſitū eſt qđ eſt xp̄s ihs. gloſa fides ieſu xp̄i. Sup iſto fundamento edifica=bo tres cameras. i. tres itelligētias ſpi=rituales pro animabus noſtris.

Prima vocatur anagogia. i. ſupna=turalis que eſt de mundiali creatione.

Scđa vocat̄ allegoria vel figuralis que eſt de humana redemptione.

Tertia vocat̄ tropologia vel mora=lis que eſt de euangelica predicatione.

tatis: q ipſe nõ ſit ſupb⁹. Si miam ꝛ liberalitatẽ: q ipe nõ ſit auar⁹. Si caſtitatẽ: q ipe nõ ſit luxurioſus ꝛc. Ita faciebat ille magn⁹ pdicatoꝛ apl's paul⁹ qñ dixit. Nõ audeo aliqd loq̃ eoꝝ q̃ per me nõ efficit xps in ṽbo ꝛ factis. ad Ro. xv. Cuilibet ergo pdicatori dicit dñs: Clama ne ceſſes: qſi tuba exalta vocẽ tuã. annũcia populo meo ſcelera eoꝝ ꝛ domui iacob pctã eoꝝ. Eſa. lviij. Quarta differentia pugnatoꝝ ſunt vexilliferi: q̃ ſunt neceſſarij vt qlibet ſciat vbi ſit capitane⁹ ſu⁹. Ideo Nume. ij. pcepit de⁹ q eſſent tot vexilla quot erant capitanei qñ ibãt ad bellũ. Sic in bello regis xpi et populi xpiani vexilliferi ſunt penitentes ꝛ abſtinentiã facientes. Vexillũ xpi eſt penitẽtia: quod habuit in tota vita ſua intãtum q reputabat̃ a iudeis. l. annoꝝ cũ non haberet niſi. xxxiij. ꝑpter penitentiam. Ioãnis. viij. Ideo q̃ modo dimittunt vanitates ornamentoꝝ caudaꝝ et manicaꝝ: qd eſt vexillũ diaboli ꝛ vadũt humil'r tales portant vexillũ xpi. Quilibet tal' põt dicere cũ aplo. Ego ſtigmata domini ieſu xpi in corpe meo porto. Gal. vj. Hoc ſignũ petebat dd di. Fac mecũ ſignũ in bonũ vt videãt q̃ oderunt me ꝛ ɔfundant̃: qm̃ tu dñe adiuuiſti me et ɔſolat⁹ es me. ps. lxxxv. Nota ſignũ. ſ. humilitatis: qꝛ ego fui ſupbus: ꝛ ſic de alijs. Nota ꝙ mulieres ſe ornãtes q̃ ponunt ſibi ſignũ diaboli. Dd. Poſuerũt ſigna ſua. ſ. diaboli ſigna. ꝛ nõ cognouert ſcꝫ nũc q eſſent ſigna diaboli: ſicut i exitu ſupple cognoſcẽt qñ aia exibit de corpore: qꝛ tũc oẽs ille vanitates apparebũt in facie aie. Iõ dimittatis ipas modo ꝛ tenete ɔſiliũ apl'i. ij. Cor. iiij. Semp mortificationẽ ieſu xpi in corpe nr̃o circunferẽtes vt ꝛ vita ieſu manifeſtet̃ i corporib⁹ nr̃is. Quīta differentia pugnatorũ ſunt eqſtres. ſ. hoiem equoꝝ p tranſuerſum ad diſſipandũ pliũ inimicoꝝ venientiũ total'r cõpacte. Sic in bello xpi in inuicẽ ɔpacti milites ſunt ṽgines. Rõ qꝛ ſicut ſe hꝫ miles ad equũ ſic ſe hꝫ ſpirit⁹ vel aia erga corp⁹: qꝛ ſpũs eſt miles cui⁹ corp⁹ eſt equ⁹. Auctoritas. Equi eorum. i. hoiꝫ: caro ꝛ nõ ſpũs. Eſa. xxxi. Sicut g̃ militib⁹ q̃ bñ volũt regere equꝫ ſuũ ſunt duo neceſſaria. ſ. frenũ ꝛ calcaria: ita hõ q̃ bñ vult regere corp⁹ ſuũ idiget freno. ſ. abſtinẽtie cibi ꝛ pot⁹: ꝑpterea adhoc abſtinemus mõ ieiunãdo ꝛc. Equis frena in ora mittim⁹ ad ɔſentiendũ nobis: ꝛ oẽ corp⁹ illoꝝ circũferim⁹. Iac. iij. ꝛ loquit̃ de corpib⁹: qꝛ apl'i non ibant eqtando. Calcaria ſunt amoꝛ ſaluationis de pede dextro: ꝛ timoꝛ dãnationis de pede ſiniſtro. Iõ ſi equ⁹. i. corpus ſit nimis piger ad bñ opandũ dꝫ pũgi calcari dextro: dicendo. Si mõ facis ꝛc. qeſces in gl'ia. vel ſiniſtro dicẽdo. Si non facis pniam in hoc mũdo: facies in inferno. Qui timetis dñm credite illi: et nõ euacuabit̃ merces vr̃a. Ecce de ſiniſtro pede ibidẽ. Qui timetꝫ dñm diligite illũ. Ecce de pede dextro. Eccl'. ij. Perſone ergo ṽgines vadũt equitãdo: quia nunq̃ ceciderũt de equo corpis p luxuriã in immũdiciã volũtariã. Sꝫ paucas ṽgines hꝫ xps in ſuo bello. Ubi eſt religioſus virgo vel ſacerdos ꝛc. Nota de diabolo dicente ſe non exituꝝ de corpe cuiuſdã niſi dicerent̃ tres miſſe a tribus pſbiterꝫ ṽginib⁹. Apo. iij. Habes pauca noia i ſardis: qd interptat̃ pulchritudo pncipat⁹. Nota tres ſunt grad⁹ pulchritudinis. Prim⁹ eſt caſtitas ɔiugalis. Secũdus ɔtinẽtia vidualis. Terti⁹ puritas ṽginalis. Beda. Bona ꝛ caſtitas ɔiugalis: melioꝛ ɔtinẽtia vidualis: optiã puritas ṽginalis. Iõ xps plãgẽdo dicit. Habes pauca noia in ſardis. ſ. pulchritudine pncipat⁹. Apoc. xix. Uidi celũ aptũ ꝛ ecce equ⁹ alb⁹: ꝛ q̃ ſedebat ſup eũ vocabat̃ fidelis ꝛ verax: et cũ iuſticia iudicat ꝛ pugnat. Ocl'i aũt ei⁹ ſicut flãma ignis: ꝛ in capite ei⁹ diademata multa habẽs nomẽ ſcriptũ qd nemo nouit niſi ip̃e: ꝛ veſtit⁹ erat veſte aſpſa ſanguine: ꝛ vocabatur nomẽ ei⁹ ṽbũ dei. Et exercit⁹ q̃ ſunt in celo ſequebant̃ eũ in equis albis: veſtiti biſſino albo ꝛ mũdo: ꝛ de ore ei⁹ ꝓcedit gladi⁹ ab vtraq; pte acut⁹ ꝛ in ipſo pcutiat gẽtes ꝛc. Tpe carnali ẽ celũ clauſum ꝑpter pctã: ſed mõ aperit̃ ꝑpter penitẽtiã. Et ecce equ⁹ alb⁹. i. corpus xpi. Nota fidelis. ſ. ɔplens qd ꝓmittit ꝛ verax attẽdẽs qd minat̃. ꝛ exercit⁹. i. eccl'ia ſequebat̃ eũ. Sexta differẽtia pugnatorum ſunt pedeſtres: qui vadunt cũ magno labore cum ſcuto ꝛ lancea. Sic etiã

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

in bello xp̄i ⁊ ppl'i xp̄iani: pedeſtres ſūt
perſone ꝯtinētes q̄ ceciderūt de equo: q̈z
perdita virginitas non pōt recuperari.
Jdeo oportet ire pedeſtrem. Secus de
bello regali qñ miles cadit de equo po=
teſt iterum equitare ⁊c. Sed xp̄s nunq̄
fecit nec faciet: imo nec pōt facere q̈z im
plicat ꝯtradictionē. ſ. qđ guſtauerit ⁊c. ⁊
ꝙ virgo q̄ fuit corrupta nō fuerit corru=
pta vt dicit ſctūs Tho. j. parte. q. xxv. ar
ti. iiij. Addit tñ idē ſctūs Tho. in eodez
articulo in ſolutiōe ad tertiū: ꝙ oēm cor
ruptionē mentis ⁊ corporis deus aufer=
re pōt a muliere corrupta. Hoc tñ ab eo
remoueri nō poterit qđ corrupta fuerit
qđ ⁊ ꝑ beatū Hieronymū cōfirmat̃ q̄ di=
cit ꝙ cū deus oīa poſſit: non poteſt face=
re de corrupta non corruptam. i. qđ cor=
rupta nō fuerit: quare ⁊ ſi ignoſcat peni
tenti tamē nō vult coronare corruptam.
ergo q̄ cadit de quo faciat bellum pede
ſtre faciendo penitētiam. iuxta illud ad
Ephe. Accipite armaturā dei. ſ. peniten
tiā: vt poſſitis reſiſtere in die malo: et in
oībus ꝑfecte ſtare. State ergo ſuccincti
lumbos veſtros in veritate ⁊ induti lori
caz iuſtitie: ⁊ calciati pedes in ꝑparatio
nem euangelij pacis. Jn oībus ſumētes
ſcutū fidei in quo poſſitis oīa tela neq̄ſſi
mi ignea extinguere ⁊c. Nota h̄ q̄uo cō
iugati debēt viuere faciēdo ſibi fidelita
tē nutriēdo ꝓles: ⁊ q̄uo vidue que nullū
habent impedimentū quin poſſent face
re penitētiā. Septima differētia pugna=
toꝝ eſt illorū qui ſunt vectores q̄ portāt
victualia arma ⁊ medicinas. Sic in bel
lo xp̄i vectores ſunt p̄lati eccleſie ⁊ eccle
ſiaſtici qui habent curā animarū: q̄ por=
tant arma. Jdeo ſi aliquis in bello per
dit ſcutū ieiunij: eccleſiaſtici debent ſibi
dare ſcutū animādo ipſum ad ieiunan=
dum verbo ⁊ exemplo. Jdē de pileo fer
reo orationis ⁊ de lancea confeſſionis.
Jtem portāt medecinas ſacramentorū
vñ vulnerato ex ſuꝑbia apponāt ſtupaz
humilitatis. Jdem de alijs: reuertimini
ad p̄liū. Jtē portant victualia. ſ. cibum
⁊ potū. ſ. corpꝰ ⁊ ſanguinē xp̄i: ⁊ dāt de=
bilibus ⁊ ꝯfeſſis. Quibꝰ dicit xp̄s. Pa=
ſcite eū q̄ i vobis eſt gregē dei. j. Pet. v.
Ecce quare dicit thema. Fortis armatꝰ
ſ. ppl's xp̄ianꝰ cuſtodit atriū ſuū. ſ. bonā
vitā ⁊ pñiam. Et iſto modo faciēdo ha=
bebitis coronā in paradiſo. Ecce ergo
bellū noſtrū ordinatū: ⁊ q̄uo poterimus
cōfidere de victoria. Deo gratias.

¶ Dñica. iij. quadrageſime. Sermo. ij.

Extollens vo=
cem quedā mulier de turba
Luce. xj. Verbū iſtud ad lit
terā intelligit̃ de quadā mu
liere deuota xp̄o ieſu. Sed
ego volo al'r declarare v̄bū iſtud: faciaz
duos tractatus. Primus. ſ. q̄ eſt vox iſta
qua mulier leuauit. Scd's q̄uo leuauit
vocē iſtā. Jſta mulier eſt eccl'ia. Et pro
bo per rationem: quia omnia naturalia
que hȝ mulier habet eccleſia: videlicet
concipere: parere: lactare ⁊c. Primo ha=
bet officiū cōcipiendi pueros de ſponſo
ſuo qui eſt ieſus xp̄s. Et q̇s eſt vēter ec=
cleſie eſt fons baptiſmatꝫ. Et ſic cōcipit̃
in vtero ⁊ ex eo naſcitur. Secunduz offi
ciuz eſt nutrire. Eccleſia nutrit xp̄ianos
Unde paulus in ꝑſona eccleſie. Tanq̄
paruulis in xp̄o lac vobis potū dedit nō
eſcam. j. Coꝝ. iij. Sancta mater eccleſia
habet duas mām̄illas: dextera eſt nouū
teſtm̄: ſiniſtra eſt antiquum: ⁊ cū iſtis nu
trit xp̄ianos bonos doctrinis. Secūdus
tractatus q̄uo hec mulier leuauit vocē.
Dico ꝙ hoc fecit in collatione eccleſia=
ſticorum ſacramentorum. Naz in quoli
bet ſacramēto eccleſie eſt neceſſaria vox
verbalis: al's non eſſet ſacramentū. De
hoc habemus ꝓphetiā. p̄s. xxviij. Vox
domini ſuper aquas ⁊c. vbi ponit ſeptē
vicibus vox domini. Ubi notat ſeptē ſa
cramēta eccleſiaſtica.

Primū eſt baptiſmꝰ: vox domini ſu=
per aquas.
Secundū eſt confirmatio: vox domi=
ni in virtute.
Tertiuz eſt euchariſtia: vox domini
in magnificentia.
Quartum eſt penitentia: vox domini
confringētis cedros.
Quintum eſt matrimoniū: vox domi
ni intercidētis flammam ⁊c.
Sextū eſt extrema vnctio: vox domi
ni ꝯcutientis deſertū ⁊c.
Septimū eſt ordo: vox dñi ꝑparātis
ceruos ⁊c. Ecce ſeptē ſacramēta.



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



¶Sicut enim in xp̄o sunt vbū patris eter
nū: ⁊ materia corporis: sic in q̄libet sacro
sūt duo: vbū .ſ. ⁊ materia. vñ Aug. Acce
dit vbū ad elementū ⁊ fit sacr̄m. Un̄ da
uid dicebat ꝙ vox dñi dʒ venire sup aq̄s
⁊ iterū in magnificētia ⁊c. Prima vox est
Uos dñi sup aquas: ecce baptism⁹. vox
dñi est forma .ſ. ego baptizo te ī noīe pa
tris ⁊ filij ⁊c. Nec aliq̄d diminuēdū neq̄
addendū nec mutandū est voci q̄ de celo
⁊ a xp̄o portata est. Ergo mulieres q̄ ba
ptizāt bn̄ attēdere debēt: q̄r periculū est.
Nota exēplū de quodā magr̄o in theo
logia: q̄ cū p̄dicasset ⁊ descēdisset de ca
thedra. venit quadā mulier ad eū ⁊ ac
cepit manū: ⁊ illi⁹ osculādo dicebat. Be
nedicta dies ī qua baptizaui vos ī noīe
sctē trinitatis ⁊ beate marie ⁊ oīm ange
lorum. O dixit ille magister: ego nō sum
baptizatus ⁊ fecit se baptizari. Ideo nō
mutetis vocē istā quā docuit suos disci
pulos xp̄s dicēs. Eūtes in mūdū vniuer
ſum: docete oēs gētes baptizantes eos
in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūſancti. Matt.
vlti. Nota quare dicit. Uox dñi sup aq̄s
⁊ nō dicit ante aq̄s nec post aquas. Attē
dāt hic p̄sbyteri q̄d vox sit sup aquas: vi
delicet ꝙ nō ꝓferāt vocē verboꝝ forme
anteq̄ infundat̄ aqua sʒ simul ꝓferēdo
vba sacramentalia aqua dʒ infundi vel
baptizandus immergi: q̄r si p̄mo dicant̄
vba ⁊ post infundat̄ aqua: tūc erit vox
dñi ante aquas. Et ecōuerso. si p̄mo in
fundat̄ aqua ⁊ post dicant̄ vba: tunc erit
vox dñi post aquas. Tn̄ est verū sacr̄m
si p̄us vel posterius fiat sʒ tm̄ posset tar
dari vel anticipari ꝙ nihil valeret: quia
vba ⁊ aqua debēt esse simul iuncta. Un̄
sicut si aīa hoīs sit ab vna p̄te ⁊ corpus
ab alia nō est homo. Ita si dicant̄ verba
baptismi ante vel post est periculū. Iō
materia .ſ. aqua ⁊ forma .ſ. verba debent
iungi vt sit virus baptismus. vnde xp̄s
Ioā. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et
spiritu ⁊c. nō dicit ex aquis vox dñi sup
aquas in plurali. Nam certū est q̄d ba
ptismus non pōt dari nisi in vna specie
aque .ſ. naturali q̄r nō pōt dari in aqua
artificiali: sicut in aqua ardēti vel rosa
cea quare ergo dicit̄ hic sup aquas. Itē
forma nō est nisi vna: ergo nec materia.
Unde. Confiteor vnū baptisma. R̄nsio.
Due sunt rōnes. Una est litteralis: alia mo
ralis. Litteralis est: q̄r fuerūt aliqui he
retici q̄ dixerunt ꝙ baptismus nō vale
bat nisi in aqua fluuij iordanis. Iō da
uid ad ostēdendū ꝙ nō solū in aq̄s flu
minis pōt fieri baptismus: sʒ etiā in oī
bus aquis naturalib⁹: dicit aquas ī plu
rali. Cui cōcordat Beda dicens. Uenit
xp̄s ad aquas vt tactu sue mundissime
carnis virtutē regenerationis tribueret
aquis olbus .ſ. aquis naturalib⁹. Scd̄o
rō quare dicit super aquas multas: q̄r
sunt ibi .ſ. ī baptismo septē riui maiores
q̄̄ aque de toto mūdo: que sunt septē do
na spirituſſancti. Nota dona: ⁊ his laua
tur aīa: ⁊ aqua naturalis lauat exteri⁹.
Ideo dauid ad declarādū illas aquas
dicit. Uox dñi sup aquas .i. dona spūſ
sancti. Scd̄o dicit. Uox dñi in virtute.
Ecce sacr̄m cōfirmationis ⁊ nō pōt dari
nisi per ep̄m. Ideo est q̄stio in iure ⁊ in
theologia. Utrū papa posset dare auto
ritatē simplici sacerdoti ad ministrandū
istud sacramentū: ⁊ cōcordant ꝙ nō nisi
ep̄is. Uos istius sacramēti est q̄n ep̄s di
cit. Consigno te signo sancte crucis: cō
firmo te chrysmate salutis: in noīe p̄ris
⁊ filij ⁊ spūſancti amē. Ideo dicit. Uox
dñi in virtute q̄r istud sacramentū cōfir
mationis continet quinq̄ virtutes. Pri
ma est q̄d confirmatus sit fortis in fide.
Unde tp̄e antixp̄i: simpliciter baptizati
⁊ nō cōfirmati cadēt abnegādo fidē xp̄i:
cōfirmati vero stabūt firmi ⁊ stabiles cō
tra antixp̄m pugnādo dicendo antixp̄o:
vade ribalde volo tenere firmā fidē xp̄i.
Istā cōstantiā nō habebūt nō ꝯfirmati.
Scd̄a virt⁹ hui⁹ sacr̄i est ꝙ dat grāz dei
nō ficte venientib⁹ ⁊ non obstinatis ⁊ si
recipiat hoc sacr̄m in grā augmētat̄ re
cipiendo: ⁊ si nō hʒ nouiter sibi datur in
remissionē pctōꝝ. Tertia virtus q̄r dat
vnū signū q̄d est indelebile: ⁊ vocat̄ cha
racter: qui indebiliter in anima manet.
Quarta virt⁹ est: q̄r cōfirmat⁹ erit in al
tiori honore in paradiso q̄̄ nō ꝯfirmat⁹.
Sicut in curia regis magis honorantur
milites q̄̄ rutheri sic in curia regis xp̄i
magis honorant̄ ꝯfirmati q̄̄ alij. Et iō
existētes in paradiso dicēt. O ille est cō
firmat⁹ ⁊ nō ille: ⁊ hoc cognoscēt ī signo.
Sicut enim miles cognoscitur p̄ aliq̄d si

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



gnū ab alijs nō militibet: nō cōfirmati
a nō ꝯfirmatꝫ. Quinta ꝟtus: qꝛ hꝫ duas
coronas: baptizati ꝟo tm̄ vnā. Ecce vox
dn̄i in virtute. Et de iſta ꝟtute dicit ſa=
piēs. Hec eſt virtus dei q̄ vocatˀ magna.
Ideo ſi nō eſtis cōfirmati: faciatis vos
ꝯfirmari: ⁊ habebitꝫ ſupradictos quinqꝫ
effectus. Et de iſto loquitˀ Io. apoc. vij.
Uidi alterū angelū aſcendentē ab ortu
ſolis habentē ſignū dei viui: ⁊ clamauit
voce magna quattuor angelis qbꝰ datū
eſt nocere terre ⁊ mari di. Nolite nocere
terre ⁊ mari neqꝫ arboribus quoadusqꝫ
ſignemꝰ ſeruos dei nr̄i in frōtibꝰ eorum
⁊c. Nota alterū angelū nō ſimplr̄ dicit
angelū: ⁊ hic ep̄s dr̄ alter angelus qꝛ no
tat ſilitudinem vt bonus frater p̄dicator
dr̄ alter Dn̄icus: ſic bonus ep̄s tenēs vi
tā angelicā dr̄ alter angelus. Et ſequitˀ
habētē ſignū dei viui: qꝛ ep̄i debēt ſigna
re populū dei per loca vbi tranſeūt: ſed
ſignanter portant ſignū dei viui in ꝯfir=
matiōe. Ideo dicit ſignemꝰ ſeruos dei in
frontibꝰ eoꝝ. Nota in frontibꝰ in plura
li: qꝛ ep̄s ſignat extra: ⁊ ſp̄ūſſctūs ſignat
intra in aīa. Ideo non dicit ſignabo: ſed
ſignemꝰ. Tertia vox eſt. Uox dn̄i in ma
gnificentia. Ecce ſacramētū altaris. vox
dn̄i eſt forma ꝯſecratiōis. Nota moduꝫ
quē dꝫ tenere ſacerdos qn̄ vult conſecra
re: dꝫ enim tenere hoſtiaꝫ baſſaꝫ duplici
ratione. Prima ne gētes adorēt ante cō
ſecrationem: qꝛ ſic eſſent idolatre. Scd̄a
qꝛ ſm̄ cōmunē opinionē xp̄s fuit crucifi=
xus in terra plana. Nota in magnificen
tia qꝛ lꝫ fuerit magnificentia in incarna
tione ad verbū ꝟginis qn̄ dicit. Ecce an
cilla dn̄i ⁊c. filiꝰ dei deſcēdit in vterū ſuū
maius tn̄ qđ deus fecit ſiue qđ faciet eſt
ꝙ deus homo factus eſt ꝑfectionē dās
ſuis operibus. Dic ſimilitudinē de for=
ma ſpherica q̄ nō ē ꝑfecta quouſqꝫ finis
iungatur principio. Sic cū hō fuit vnitꝰ
deo ſuo principio: tūc hō fuit deꝰ: ⁊ deus
hō ⁊ tunc ibi ꝑfecta ſūt opa. Sic immo ex=
cellētior ē magnificētia i ꝯſecratiōe i plu
ribꝰ ꝙ̄ in incarnatiōe. Prio ſicut ad ver=
bū virginis celū ſe aperuit: ⁊ filiꝰ dei de
ſcēdit in virginis vētrē: ſic ad vocē ſacer
dotis aperitˀ celū: ⁊ filius dei venit i ho=
ſtiā. vn̄ Greg. in quarto dialogoꝝ: ⁊ ha=
betˀ de ꝯſe. di. ij. Quid ſit ſanguis. verſi.
Quis. vbi ſic dr̄. Quis em̄ fideliū dubiū
habere poſſit in ipſa immolatiōis hora:
ad ſacerdotis vocē celos aperiri atqꝫ in
illo ieſu xp̄i myſterio angelicos choros
adeſſe: ⁊ ſūma imis ſociari vnūqꝫ ex in=
uiſibilibus atqꝫ viſibilibꝰ fieri. Sed qꝛ
habemus lippos oculos ex peccatis nō
videmꝰ angelos cū xp̄o exiſtētes in alta
ri lꝫ multi ſcti eos viderūt. Dic cuiꝰ vite
dꝫ eſſe ſacerdos: vt habetˀ extra de vi. et
ho. cleri. in multis capitulis. Scd̄a excel
lētia ꝙ filius dei deſcēdit in vtero virgi
nis ſolus: ſꝫ in altare nō. Itē ꝟgo ſemel
aperuit celū claue lingue: ſꝫ ſacerdos in
qualibet miſſa. Itē in lingua ꝟginis ad
inſtar clauis fecit octo reuolutiōes. ſ. di
cendo octo ꝟba anteqꝫ deus deſcēdit in
vterū ſuū: ſꝫ ſacerdos facit tm̄ qnqꝫ. Itē
in vterū ꝟginis deſcēdit mortalis ⁊ paſ
ſibilis: ſꝫ i hoſtiā ꝑꝑpoſitū. De iſta ex=
cellētia dicit dđ. Cōfeſſio ⁊ magnificen=
tia opꝰ eiꝰ ⁊ iuſticia eius manet ⁊c. Me
moriā fecit mirabilium ſuoꝝ miſericors
⁊ miſerator dn̄s: eſcaꝫ dedit timentibus
ſe. ps. cx. Nota ad lr̄aꝫ loquitˀ de iſto ſa
cramēto. Nota cōfeſſio. i. ſacramētalis:
dꝫ preire magnificētia: ideſt ſacramētuꝫ
vel idānationē aīe ſue celebrat ſi eſt ſibi
cōſcius alicuius pcti mortalis: ⁊ copia
aſſit ꝯfeſſoris: de quo vide ſanctū Tho.
⁊ alios doctores in. iiij. diſt. xvij. Nota
eſcā dedit dn̄s timentibꝰ ſe: ſcilꝫ nomē
ſuū. No. memoriā fecit mirabiliū ſuorū
qꝛ ē mirabile qđ fecit deꝰ ⁊ qđ faciet ⁊c.
Quarta eſt. Uox dn̄i ꝯfringētis cedros.
Ecce ſacrm̄ penitētie de mōte altiſſimo
libani. qꝛ cedri ſunt peccata facta i altiſ
ſimo mōte ſupbie: qꝛ oīa pctā reducūtur
ad mōtē ſupbie. vnde auaricia eſt ſuper
bia. ſ. nolle obedirˀ ordinatiōi dei ⁊ eccl'ie
nō cōfiteri nec ſatiſfacere: ⁊ ſic de alijs.
Itē dedit ⁊ ordinauit regulā qūo debe=
mus nos regere i diuitijs. de bono iure
recipe neceſſitatē: ⁊ nō ſupfluitatē: iniu=
ſta reſtituere. Sꝫ auarꝰ nō vult ſe humi
liare ⁊ ꝯformare huic ordinatiōi. Sꝫ di=
cit. O ego eſſem paup ſi darē amore dei
⁊ reſtituerē iniuſte acq̄ſita vel retēta. ego
nō faciā. Ecce qūo reſiſtit ordinatiōi di
uine. Ideo auaricia radicata eſt in mon
te libani. i. ſupbie: qꝛ ſupbia eſt nō velle
ſe hūiliare ad faciendū voluntateꝫ dei.



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



Idē de luxuria. Jam deus dedit regulā
q̄uo gētes debēt vti illo ope. ſ. in matri
monio tm̄ ſed dicit luxurioſus: quare ēt
nō extra matrimoniū poſſuꝫ vti actu il=
lo. Ecce q̄uo non vult ſubijci voluntati
diuie. Ideo luxuria eſt radicata in mon
te ſupbie. Idē de alijs peccatis. vn̄. Ini
tium oīs peccati eſt ſupbia. Eccli. x. Se
quit. Qui tenuerit illā adimplebit male
dictis: qꝛ maledicti ſunt a deo ⁊ ſubuer=
tet eū in finē. De iſto ſacramēto pnie di
cit. Uox dn̄i cōfringētis cedros pctōꝝ
mortaliū q̄ntū ad culpas qn̄ cōfeſſor ab=
ſoluit dicēs. Abſoluo te a pctis tunc cō=
fringit cedros pctōꝝ: niſi malicia pecca
toris obſtet. Et cōcordat apl's Heb. iiij.
dicēs. Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ pe
netrabilior omni gladio ācipiti ptingēs
vſq3 ad diuiſionē aīe ⁊ ſpūs. Nullus hō
cū oībus gladijs hui⁹ mūdi poſſet ſcin=
dere vnū cedrū pcti mortalis ſed v̄bum
dei. i. abſolutio ſacramētalis: ego te ab=
ſoluo a pctis tuis. Quinta vox eſt. vox
dn̄i intercidētis flāmā ignis. Ecce ſacra
mētū mr̄imonij. Nota q̄uo ex quo adā
peccauit quilibet hꝫ intus vnā burſam
ignitā q̄ dr̄ cōcupiſcibilitas vel mala in=
clinatio. q̄ eſt ignis luxurie. Iſte ignis nō
flāmeſcit quouſq3 hō fuerit pfectus ⁊ tūc
tentat de luxuria. Mirū: qꝛ aqua baptiſ
mi extinguit ignē inferni: ſed nō pōt ex=
tinguere ignē luxurie in hoīe. O tā fortꝫ
ignis nec vnq̄ extinctus fuit niſi in xp̄o ⁊
in beata virgine totaliter. De quo dicit
ſcriptura. Iob. xxxi. Ignis eſt vſq3 ad p=
ditionē deuorās: ⁊ oīa eradicās genimi
na vel germina. Nota eradicās oīa ger
mina meritorū qn̄ flāmeſcit ſed p ſacrm
mr̄imonij hec flāma intercidit. Dic q̄uo
matrimoniū ſit p vocē dn̄i. ſ. per v̄ba de
pn̄ti. Un̄ p matrimoniū intercidit flāma
luxurie: nō tn̄ extinguit. Dic quare ma=
trimoniū dr̄ ſacramētū: qꝛ repn̄tat xp̄i in
carnationē. Un̄ ſicut diuinitas ⁊ huma=
nitas in vnitate pſone: ſic etiā vir ⁊ vxor
in vna carne ɔiungunt ⁊c. Nota ꝙ non
ſunt iam duo ſꝫ vna caro. ſ. in ꝓcreatiōe
prolis. Un̄ iſte ignis pōt facere flāmā in
virū ⁊ vxorē ſine pctō ſeruando debitas
circūſtātias ⁊ cōditiones: ⁊ quilibet iſto
rū poteſt dicere. A flāma ignis non ſum
eſtuatus. Eccli. vlt. Sed nō curabaꝫ de
alia muliere ⁊ nec ego de alio viro. Ecce
vox dn̄i intercidētis flāmā ignis. Sexta
vox eſt. Uox dn̄i ɔcutiētis deſertū. Ecce
ſacramētum ordinis: qꝛ ſicut in deſerto
ſunt beſtie ſilueſtres: ſic ī mūdo ſūt pec=
catores: ⁊ ſicut qn̄ ſcindunt magne arbo
res in deſerto cōmouet deſertum ⁊ facit
magnū ſonū in terra ⁊ in nemore: ſic in
ordinibus cōmouet tota xp̄ianitas ieiu
nādo p tres dies quattuor tēporū. Idō vt
de⁹ faciat illos quos aſſumit ad ſacros
ordines dignos. Dic ꝙ ſunt ſeptē ordi=
nes. Primus ordo eſt oſtiariatus: ⁊ q̄ eſt
in illo ordie dꝫ cuſtodire portas. Secū=
dus lectoratus: q̄ ergo eſt in tali ordine
dꝫ legere lectiōes in choro. Tertius eſt
exorciſtatus ɔſtitut⁹ in tali eſſe dꝫ ɔiura
tor demonū expellendo demones a cor
porib⁹. Quartus ordo eſt acholytatus
debēt ergo acholyti ponere cādelas an̄
altare ⁊ portare. Et iſti qui habēt iſtos
paruos ordines poſſunt recipere vxores
Maiores ordines ſunt. ſ. ſubdyaconat⁹
dyaconatus: ⁊ p̄ſbyteratus: ⁊ in quolibꝫ
ordine tam de maiorib⁹ q̄ de minorib⁹
datur caracter idelebilis. Et ɔmouebit
dn̄s deſertū cades. ſ. ſanctā xp̄ianitatē
qꝛ illi qui non ſunt de xp̄ianitate nō pn̄t
recipere ordines. Et q̄ ordinati ſunt pn̄t
dicere: Ut ſine timore de manu inimico=
rū noſtrorum liberati ſeruiamus illi. In
ſāctitate ⁊ iuſtitia corā ip̄o omnib⁹ die=
bus nr̄is. Luc. j. Nota liberati. ſ. de de=
ſerto mūdi poſuiſti nos in horto eccl'ie
ſancte tue. Ideo dicit. Uox dn̄i cōcutiētꝫ
deſertū. Septima vox eſt. Uox dn̄i pre=
parātꝫ ceruos. Ecce ſacramētū extreme
vnctiōis qd̄ p̄parat ceruos. Dic q̄uo in=
ter alia aīalia pl⁹ ſaltat ceru⁹ ⁊c. ſic aīa
ab ore corporis ſaltat ad celū. Aie autē
dicunt cerui: qꝛ p̄parande ſunt ad ſaltā
dum p vnctionē. Ideo dicit vox dn̄i pre
parātis ceruos. Iſta vox eſt forma hui⁹
ſacramēti q̄ ꝓcedit ab ore ſacerdotꝫ. Sa
cerdotes vngendo infirmū dicunt vocē
dn̄i: videlicet. Per iſtā vnctionē ⁊ ſuam
pijſſimam miſericordiaꝫ indulgeat tibi
dn̄s quicq̄d peccaſti p viſum vel p aliuꝫ
ſenſum tangēdo ptē ⁊c. ⁊ q̄ tangit hone=
ſte poſſunt oēs alie partes includunt in
corpore. Cū enī corpus vngit pctā obli
ta: vel alie inclinatiōes pctōꝝ q̄ poterāt

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſaltū impedire remittuꝛ. De hoc dauid dicit. Qui ꝑfecit pedes meos tanꝗ̄ ceruorū: ⁊ ſuꝑ excelſa ſtatuēs me. ps. xvij. Nota ꝗ ꝑfecit ꝑ hoc ſacramētū ⁊c. ſʒ hoc ſacramētū nō dʒ dari niſi in articulo mortis: ⁊ niſi petaꝛ: ⁊ ideo debet peti ī cōione ⁊ tūc poteſt dari: poſito caſu ꝙ ꝑdat intellectū: vel etiam vſum oīm ſenſuum ex quo aīa ſtat in corpore. Ecce quare dicit thema. Extollens vocē quedā mulier ⁊c.

¶ Feria. ij. poſt oculi. Sermo. j.

Quāta audiuimus fctā ī capharnaū: fac ⁊ hic in pr̄ia tua. Lu. iiij. Hoc verbū dat mihi motiuū predicādi et declarandi vobis opera principalia ꝗ̄ fecit chriſtꝰ in hoc mūdo. Sʒ primo ſalutetꝛ vgo maria. Quāta audiuimꝰ facta in capharnaum ⁊c. Pro intellectu iſtius verbi ſciendū ꝙ chriſtus in pueritia ſua fuit nutritus in ciuitate nazareth poſtꝗ̄ rediꝫ de fuga egypti quouſqꝫ fuit xxix. annoꝝ: ⁊ ab hōibus reputabaꝛ ſanctus hō: ſed non predicabat nec faciebat ibi miracula. Et qꝛ tm̄ fuit ibi moratus: ideo fuit dictꝰ ieſus de nazareth. Mat. ij. Ueniens ſcʒ de egypto habitauit in ciuitate ꝗ̄ vocaꝛ nazareth: vt adimpleretꝛ qđ dictū ē ꝑ ꝓphas: qm̄ nazareus vocabiꝛ. Poſtꝗ̄ aūt fuerat. xxx. ānoꝝ: ⁊ voluit incipere ꝑ̄dicare ⁊ miracula facere volēs ſe oñdere veꝝ deū ⁊ hoīem: receſſit de nazareth ⁊ venit ī ciuitatē capharnaū. ⁊ ibi incepit ꝑ̄dicare ⁊ miracula facere: illūinare cecos: ſurdos audire: mutos loqui: claudos ambulare: mortuos reſurgere ⁊c. Et oīs ppl's ſuſpēſus erat audiēs illū. Luc. xix. Neqꝫ miꝝ audire v̄ba ab ore dei incarnati: Relicta ciuitate nazareth venit ⁊ habitauit in ciuitate capharnaū maritima: ⁊ icepit ꝑ̄dicare. Et exiꝫ fama hec. ſ. predicationis ⁊ miraculoꝝ in vniuerſam terram. Mat. ix. Quod audiētes illi de ciuitate nazareth reputabant ſe a xp̄o eſſe deſpectos: qꝛ ibi nihil horū fecerat: ideo erant cōtra eū indignati. Deinde chriſtꝰ predicando rediꝫ in nazareth. Ad queʒ venerunt rectores ciuitatis dicentes ſibi Quanta. i. valde magna audiuimus facta ⁊c. Patet thema ad literam. Sed mō volo ipſum ſpiritualiter ꝑtractare. Xp̄s in ciuitate extranea ſcʒ in patria iudeoꝝ qui noluerūt ipſum recipere vt dñm. iuxta illud Joā. j. In propria venit: ⁊ ſui eū non receperunt. ſ. tanꝗ̄ deū ⁊ ſaluatoreʒ mūdi: immo ſe alienauerūt ab eo: multa fecit miracula. Sʒ terra xp̄ianoꝝ eſt terra propria xp̄i: quia ipſum recipit per veram credentiā ⁊ deuotā obedientiaʒ. Jō deuoti xp̄iani poſſunt deo dicere. Quāta audiuimus facta in capharnaum. i. in terra iudeorum: fac et hic in patria tua ſcʒ in chriſtianitate per imitationem.

Nota ſeptem opera principalia que fecit chriſtus in patria aliena: ſcʒ in patria iudeorum.

- Primum fuit humilis incarnatio.
- Pauper conuerſatio.
- Certa predicatio.
- Dura paſſio.
- Pia deſcenſio.
- Uera reſurrectio.
- Et alta aſcenſio.

De his poſſumꝰ dicere xp̄o. Quāta audiuimꝰ ⁊c. Jdeo dñe fac ⁊ hic in patria tua ꝑ moralē imitationē. Primū opus notabile ⁊ mirabile qđ fecit xp̄s ī terra iudeorū ꝓ noſtra redēptiōe fuit humilis incarnatio. Maxime ſi vultis attēdere ad iſtā ſpeculationē deꝰ fecit decē gradus creaturarū ſpūaliuʒ ⁊c. Qñ ergo dicitur filiꝰ dei fuit incarnatus: ſic intelligiꝛ ꝙ deſcēdit ⁊ humiliauit ſe infra decē gradꝰ creaturaꝝ ſpūaliū ⁊ corporalium. Jō maius opus quod deus vnꝗ̄ fecit vł faciet fuit ꝙ deus fieret homo: ⁊ homo fieret deus. De iſto opere dicit apoſtolus. Qui cū in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiens: et habitu inuentus vt homo. Phil'. ij. Not. rapinā i. vſurpationē. Ecce hic humilis incarnatio. Jdeo dñe. Quāta audiuimus facta ⁊c. fac ⁊ hic ſcʒ in nobis vt deꝰ in cordibus noſtris ſcʒ humilitatis v̄tutē: vt humiliemur a pompis. vanitatibus ⁊c. exēplo chriſti. Quādo ergo aliquis dñs prelatus vel dña humiliaꝛ dimittendo pompam vel vanū ornatū ⁊c. Ecce hic opus incarnationis xp̄i moral'r qđ facit inter nos: iuxta ſuam doctrinā dicētis. Matthei. xj. Diſcite a me. Domine: ⁊ quam lectionem. Reſpondit. Quia mitis ſum et



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



humilis corde. Dñe:⁊ qd habebimus ex
hoc? Jō dicit. Et inuenietis requē aiab⁹
vřis. No.q in paradiſo nullus inueniet
domū ad qeſcēdū:niſi in hoc mūdo ipaz
edificet. No. ꝯ illos q in hoc mūdo edifi
cāt magna edificia ⁊ poſſeſſiões ⁊c.⁊ nō
curāt edificare in celo:nec vnā paruā cel
lā. Quidā in ptibus moſille q plures vi
uēs edificauerat domos:i agone ſuo ſta
tim moritur⁹ ꝯqueſtus eſt dicēs. O inqt
plures edificaui domos:vtinā puulā vel
vnā cellulā edificaſſez i celis. Mod⁹ edi
ficādi i celo eſt nō expēdere in mūdo oia
in vanitatib⁹:ſed expēdere vnā partē in
operib⁹ mie. Uerbi grā. Si habetꝫ quin
q florenos in redditib⁹:expēdite qtuor
in neceſſitatibus vřis:⁊vnū in operibus
mie. Hoc modo edificabitis domū in pa
radiſo ad quieſcendum poſt hanc vitaz.
Dic quomodo a deo omnib⁹ hoibus ſta
tutum eſt ſemel mori quātuz ad corpus:
et poſt hoc iudiciū ꝯtum ad aiam. Heb.
ix. Et quādo ille qui nihil edificat i alio
mūdo moritur:miſera illa aia dure repel
litur a xpo:et mittitur ad hoſpitium mi
ſeroꝝ.ſ.ad infernum. Sed illi qui edifi
cauerunt cū gaudio recipiunt a xpo leta
facie. Ecce qre dicit:et inuenietis requē
aiabus veſtris ſcꝫ poſt mortē corporis.
Et concordat apłs dicēs in perſona bo
norum. Scimus qm ſi terreſtris domus
noſtra hui⁹ habitatiōis diſſoluat q edi
ficationē a deo habemus domū non ma
nu factā:ſed eternā i celis.ij.ad Coꝝ.v.
Scōm opus mirabile factū a xpo in iu
dea:fuit pauper ꝯuerſatio: intm q nun
q fuit aliquis ita pauper:qꝛ ſm q dicūt
euangeliſte:nūq portabat pecunias vel
eſcas. Sed ibat pdicando de villa in vil
lam. Et poſt ſermonē:reſpexit ſi aliquis
inuitaret eum ad prandiū dicēs. Magi
ſter ex quo dediſti nobis bonū prandiuz
ſpūale ⁊c.ałs hēbat duo remedia. Unuz
tpe meſſis:de quo ponit Mat.xij.vbi di
citur. Abijt ieſus p ſata ſabbato:diſcipu
li autez eius eſurientes ceperunt vellere
ſpicas. Aliud quia ibat Bethaniam ad
domū marthe. Jdem ſi non inuitabatur
ad dormiendū:ałs ibat cum diſcipulis
ſuis in deſertū. Ecce hic pauperrima cō
uerſatio. De hoc dicit ipſemet Mat.viij.
Uulpes foueas habēt:⁊ volucres celi ni
dos:filius autē hoīs nō habet vbi caput
ſuum reclinet. Jdeo dñe quanta audiui
mus ⁊c.fac ⁊ hic in patria tua. Quia nō
poſſumus ſeruare tantaz paupertatē:vt
nos audiuim⁹:expellat a nobis peccatū
auaricie vt ſim⁹ paupes de pecunia de
malo iniuſto:⁊ nihil habeam⁹ per rapi
nam:vſurā:vel furtū vel ſymoniā:nec p
calūniam:tūc xps ſimilitudinarie ⁊ mo
raliter paup cōuerſat inter nos. Juxta il
lud.ij.ad Corin.viij. Scitis gratiaz dñi
noſtri ieſu xpi:qm ppter vos egenus fa
ctus eſt cū eſſet diues:vt illi⁹ inopia vos
diuites eſſetis ⁊ vos ditaret. Sed ſingu
lariter caueatis a diuitijs de bonis iniu
ſte acqſitis:qꝛ nūq habēt bonū finē:im
mo ad inſtar pomi corrupti ſe habēt:qd
corrumpit alia poma. Jdeo qui vult ꝯſer
uare pecunias:reſpiciat albū:florenū:vł
denariū:ſi eſt ibi vmis rapine:vſure ⁊c.
dicat. Nolo aiam meā xpi ſanguine re
demptā:⁊ ſanctiſſime trinitatis increate
imagine inſignitā p trāſitorijs diuitijs
eternis obligare incēdijs: Bñdictus qui
pōt dicere deo grās:qꝛ nihil habeo ma
le iniuſte acquiſitū. ſic eritis diuites. Jō
dicit xps. Uidete ⁊ cauete ab omni auari
cia. Lu.xij. Tertiū opus fuit certa predi
catio:qꝛ ipſemet de⁹ incarnatus ore pro
prio reuelauit ⁊ pdicauit ſecreta fidei ad
cognoſcēdū illā magnā chriſti humilita
tem. Nota ſimilitudinē de rege q pconi
zaret ordinationes ſui cōſilij vt maior fi
des adhiberet. Jdē de xpo in conſilio ſe
creto ſancte trinitatis fuerūt ordinata ſe
creta fidei catholice. Et lꝫ haberet ange
los ⁊ pphetas qs poterat mittere ad pco
nizandū:tamen ipſe equitauit.ſ.in equo
correctiōis ſue:⁊ cū tuba pdicatiōis pu
blicauit ſecreta fidei.ſ.doctrinā euāgeli
cam:vt gentes melius crederēt:⁊ verita
tē fidei ſine dubio tenerēt:qꝛ oēs alij fue
runt pctōres.j.Joā.j. Si dixerimus qm
pctm nō habemus ipſi nos ſeducimus:⁊
veritas in nobis nō eſt. Sol⁹ xps fuit ſi
ne peccato:q nec falli nec fallere:nec pec
care nec errare potuit:iō abſqꝫ omni du
bio tenende ſunt vitates fidei catholice.
Secus ſi aliquis alius a xpo publicaſſet
poſſet aliquis dubitare:qꝛ teſte Jo.Jo.j.
⁊.j.Jo.iiij. Deū nemo vidit vnqꝫ. Unige
nitus filius q eſt in ſinu patris:ipe enar

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ranit. Jō dicit apl's. ij. Ti. j. Scio cui cre
didi ⁊ certus ſuz. Jō dñe q̃ta audiuimꝰ
⁊c. fac etiã h̃ in pr̃ia tua. No. optimũ cõſi
liũ bti Hiero. dicẽtis ꝙ quolibet die de-
bemꝰ dicere Credo. ſ. mane ⁊ ſero: ⁊ iſto
mõ cor ꝯfirmat̃ in fide catholica. al's ꝑdi
tur paulatim. Jō nos eccl'iaſtici mane et
ſero dicimꝰ. ſ. in matutinis: pria ⁊ ꝯpleto
rio Credo iuxta ordinationẽ eccleſie. Jō
apl's Ro. x. Si cõfitearis in ore tuo dñm
ieſum: ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus
ſuſcitauit illum a mortuis: ſaluus eris.
Quartũ opus mirabile a chriſto factum
in iudea: fuit dure paſſiõis: ſcȝ in cruce.
Nota: qꝛ ſciebat ⁊ videbat ꝙ totũ genus
humanũ erat condemnatum ⁊ ſententia
tum ad furcam inferni: cui chriſtus com
patiens dixit deo patri. Ego ſolꝰ ſuſpen
dar in ligno crucis: ne aliq̃s mihi credẽs
⁊ obediẽs: decetero ſuſpẽdat̃ i furca in-
ferni. Ecce ratio ſue dure paſſionis. Au-
ctoritas. Chriſtus ſemel ꝓ peccatis nr̃is
mortuus eſt: iuſtus ꝓ iniuſtis: vt nos of-
ferret deo. j. Pe. iij. Ac ſi filius regis vel-
let ſuſpendi pro latronibus liberandis.
O ineſtimabilis amor: ſi filius dei iuſtus
⁊ ſine peccato pro iniuſtis ⁊ peccatoribꝰ:
Ergo dñe fac ⁊ hic in patria tua: vt ſcili-
cet nos crucifigamꝰ non realiter vt xp̃s:
ſȝ moraliter ſcȝ clauo confeſſionis in ma
nu dextra: quia confeſſio ducit hominez
de ſiniſtra ſcȝ culpe ad dexteram gratie.
Clauo penitentie in ſiniſtra: ⁊ clauo bo-
norum operꝫ in pedibus. Jdeo ſcriptura
Qui ſunt chriſti carnem ſuam crucifixe-
runt cũ vitijs ⁊ concupiſcentijs. ad Gal.
v. Quintum opus fuit pia ſiue ſancta de
ſcenſio ſcȝ anime ad limbum ſanctorum
patrum: ac ſi rex iret perſonaliter ad ca-
ptionem pro liberatione captiuorũ: qui-
bus ipſe miſericorditer parceret: cum ta
men poſſet mittere michaelem vel aliuȝ.
Ecce opꝰ ſingulare de quo ȝacharie. ix.
Tu vero in ſanguine teſtamenti tui emi
ſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt
aqua. Domine: fac etiã hic in patria tua
Nota quomodo chriſtus voluit deſcẽde
re ad ſanctos qui erant in limbo: q̃ erant
patres chriſti ſm̃ humanitatẽ: ipſos ho-
norando ⁊ exemplũ nobis dando hono
randi parẽtes in hoc mundo: ⁊ deſcẽdẽ-
di ad eos ſi ſunt in purgatorio per ſuffra
gia cõplendo teſtamenta: qui ſtatim ſen
tiunt refrigeriũ. Auctoritas. Qui ſm̃ ſpi
ritum ſunt: que ſunt ſpiritus ſentiũt. Ro.
viij. Alias conqueruntur ⁊ petunt iuſti-
tiam. Jdeo dicit ſcriptura. ij. Macha. xij.
Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro
defunctis exorare: vt ⁊c. Sextũ opus mi
rabile fuit vera reſurrectio. ſ. i die paſche
qñ aia de limbo rediit ad corpus ⁊ ſurre
xit de ſepulchro. Dic q̃uo in paſſione hu
manitas fuit diuiſa: ſȝ nõ diuinitas. Ad
hoc declarandũ nota ſimilitudinẽ de po
mo: quo diuiſo in duas partes nõ diuidi
tur odor. Uel nota ſimilitudinẽ in ſplẽdo
re de chryſtallo. Si cogitate ꝙ xp̃i huma
nitas ſit vt petia de cryſtallo plena diui
nitate ex coniunctione pſonali qua diui
ſa ſplendor diuinitatis remãſit cũ vtraqꝫ
parte. ſ. cũ corpore in ſepulchro: ⁊ cũ aia
in limbo ꝓpter ꝙ vtrũqꝫ habebat poſſe
in infinitũ reſurgendi. Jdeo xp̃s. Joã. x.
Nemo tollit aiaȝ meã a me. ſ. me inuito
ſed ego pono eã a meipſo: ⁊ poteſtatẽ ha
beo ponẽdi aiam meã ⁊ poteſtatẽ habeo
iterũ ſumãdi eã. Jdeo dñe quãta audiui
mus ⁊c. Fac etiam hic in patria tua. vt. ſ.
corpus noſtrũ ⁊ aia reſurgãt Moraliter.
Corpus autẽ peccatoris iacet mortuũ in
ſepulchro peccati mortalis: ⁊ aia i infer-
no ſepulta. i. ꝯdẽnata: ſed reſurgũt virtu
te diuina qñ aia dimittit peccatũ ſupbie
vel auaricie vel luxurie ⁊c. Tũc corpꝰ re
cipit aiaȝ qñ eius imperio humiliatur ⁊
facit opa miſericordie. Auctoritas. Q̃uo
chriſtus ſurrexit a mortuis: ꝑ gloriã pa-
tris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambule-
mus. ad Ro. vj. Septimũ opus ⁊ ꝯpleti
uum aliorum fuit alta aſcenſio: qñ coraȝ
v̄gine matre apoſtolis ⁊ diſcipulis aſcẽ
dit in celũ. Jo. xvj. Exiuit a pr̃e ⁊ veni in
mundũ: ⁊ iterũ relinquo mundũ ⁊ vado
ad patrem. Dñe: fac ⁊ hic in patria tua.
Dic quomodo bis in die debemus aſcẽ
dere in celũ non corpore: qꝛ vſqꝫ ad dieȝ
iudicij corpus non poteſt aſcẽdere in ce-
lum: ſed ſpiritu. ſ. mane ⁊ ſero orando: qꝛ
oratio eſt aſcẽſus mentis in deum: vt di
cit Damaſcenus. Dic modũ orãdi ad in
ſtar illius qui vult ſupplicare pape vł re
gi: cui ſunt tria neceſſaria. Prio vt came-
ra ſibi apiat̃. Scdo eſt ſibi neceſſariuȝ vt
exhibeat reuerentiã regi. Tertio vt dicat

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſuam ſupplicationez.Si crux xp̄i clauis
eſt paradiſi vt dicit Raban⁹:que aperit
portā camere xp̄i.Onde modū ſignādi:
vel extēde man⁹ in modū crucis:vt moy
ſes faciebat ⁊ ſacerdos in miſſa.Deinde
ingreſſio ſpiritu capite diſcooperto etiā
genib⁹flexis ponat ſe ad pedes ieſu xp̄i.
ſ.cogitādo cū quo loquit̃ hō.Deīde pre
ſenta tuā ſupplicationē.ſ.orationē. Jdē
dicēduz cū quis orat deū aut virginē ⁊c.
Dic cōtra illos q̄ orāt.ſe induendo ⁊ cal
ciando.Jdeo apl̃s.j.Coꝝ.xiiij.Si orem
lingua:ſpiritus meus orat:mens autem
mea ſine fructu eſt.Qui ſubdit. Qui er-
go eſt? Orabo ſpiritu:orabo ⁊ mēte.pſal
lam ſpiritu pſallā ⁊ mēte.Exemplū pul-
chrū.vide de orone p̄mo li.apo.xij.ca.de
comite campanie q̄ diſpoſuit ſe oraturū.

¶ Feria.ij.poſt oculi. Sermo.ij.

Tráſiens per medīū illoꝝ ibat. Luce.iiij.
Sc̄m euāgeliū hodiernū de
clarat nobis vnā pulchrā de
fenſionē quā fecit xp̄s ꝯ vnā malā ꝯclu-
ſionē vel rep̄hēſionē quā fecer̃t ſibi iudei
ciuitatis nazareth. Pro q̄ ſciēdū ꝙ xp̄s
in ſua pueritia fuit nutrit⁹ i ciuitate naza
reth quouſqꝫ habuit.xxx.ānos vbi nō p̄-
dicauit:nec miracula fecit:ſ; viuebat in-
ter eos multū deuote vivēs vt dicūt docto
res lr̃ales arte ſeu officio Joſeph.Et qꝛ
in nazareth fuit nutrit⁹ ⁊ tm̄ moratus:iō
vocat̃ ih̄s de nazareth.Mat.xij.Veniēs
ſcꝫ de egypto habitauit in ciuitate naza
reth poſt baptiſmū quē a Joā.ſuſcepit ⁊
quadrageſimā quam ieiunauit:iuit ca-
pharnaū.ibi incepit predicare:⁊ miracu
la facere.Mat.iiij.Relicta ciuitate naza
reth:venit ⁊ habitauit in ciuitate caphar
nauz maritima.Exinde incepit p̄dicare.
Predicatio em̄ xp̄i ⁊ miracula diuulga-
bantur per totā terrā:⁊ fama venit in na
zareth.Propter qđ illi de nazareth erāt
indignati cōtra eū:qꝛ ibi nō fecerat mira
cula illa:deinde xp̄s venit in ciuitatē na
zareth:rectores aūt ciuitatis et etiā alij
de ciuitate indignati cōtra xp̄m dixerūt
ſibi.Quare in alijs ciuitatibus faciebat
miracula:⁊ non in ciuitate ſua nazareth
vbi erāt tot infirmi? Chriſtus autem de
fendit ſe tripliciter:ſcꝫ.

Per veram ſapientiam.
Per certam experientiam.
Per firmam patientiam.

De tertio dicit thema. Trāſiēs ⁊c. Dico
primo ꝙ xp̄o reſpōdit excuſans ſe ꝑ verā
ſapiētiā de malicioſa rep̄henſione iudeo
rum.De hoc in principio euāgelij.Dixe
runt phariſei ad ieſum.Quanta audiui-
mus facta in capharnaū:fac ⁊ h̄ in p̄ria
tua.Dic q̄uo qn̄ venit ih̄s i nazareth in-
trauit ſynagogā vbi phariſei cōgregati
dixerūt ſibi.Quāta ⁊c.R̄ndit xp̄s ꝑ verā
ſapiētiā ſapiēter dās rōnē dicēs. Amen
dico vobis:qꝛ nemo ꝓpheta accept⁹ eſt
in p̄ria ſua.Que quidem reſpōſio eſt ma
gne ſapiētie.Declarat̃ per regulā ph̄ie.
Qm̄ in omni actione naturali nō ſolū re
quiritur v̄tus ſeu potētia agētis:ſ; etiaz
requirit̃ diſpoſitio materie. Nā act⁹ acti
uorum ſunt in patiente prediſpoſito:vt
patet de igne cuius virtus eſt cōburere:
ſed nō niſi in materia diſpoſita:qꝛ nō cō
buret ⁊ lapides.Jta in miraculis nō ſolū
requirit̃ potētia ſeu virtus ꝑſone deuo-
te:ſed etiā requirit̃ diſpoſitio in illo q̄ de
bet recipere ſanitatē vt ſit bonus ⁊ fide-
lis:⁊ nō malicioſus.Cū ergo xp̄s habe-
ret infinitā potentiā ⁊ virtutē ad faciēdū
miracula:adhuc tn̄ volebat diſpoſitionē
i materia.Et qꝛ illi de ciuitate nazareth
non erant diſpoſiti qꝛ nō habebant deuo
tionem ad xp̄m:immo deridebant eū di-
centes. Nonne hic eſt fili⁹ ioſeph:⁊ vnde
huic hec omnia? Et nō credebāt in eum.
Ratio:qꝛ vixerat iter eos:⁊ cognoſcebāt
eū a pueritia:⁊ patrē ei⁹ putatiuū:et ma
trem eius.iō nō erāt diſpoſiti. Vn̄ lꝫ xp̄s
haberet potentiā ⁊ virtutē infinitā:tn̄ nō
ſequebat̃ effect⁹ ex indiſpoſitione mate-
rie.ſed illi de ciuitate capharnaū habe-
bāt ad xp̄m magnā deuotionē ⁊ reueren
tiā ⁊ honorē dicētes. Propheta magnus
ſurrexit in nobis:⁊ qꝛ deus viſitauit ple
bem ſuā.Lu.vij.Et ꝓpter fidē eoꝝ ⁊ de
uotionē xp̄s curabat eos. Et ꝓpter hoc
qn̄ dixerūt ſibi.Quanta.i.multa audiui
mus. R̄ndit.Amē dico vob̄.q.d.alia eſt
rō illoꝝ ⁊ alia hic.qꝛ hic nō creditis:ſed
ibi credūt.Mar.vj.Abijt ieſus in patriā
ſuā:⁊ ſequebant̃ eū diſcipuli eius.Et nō
poterat ibi virtutem vllam facere:niſi ꝙ
paucos infirmos impoſitis manibus cu-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

rauit:⁊ mirabatur ꝓpter incredulitatē
eoꝝ. Nota nō poterat ſcꝫ de poteſtate
ordinata:qꝛ reqrit̄ diſpoſitio. Patet xp̄i
reſpōſio ad litteraꝫ. Moralr̄ ſuper hoc.
Quanta audiuimꝰ facta ⁊c. Idē poſſu=
mus nos dicere xp̄o. Quātā audiuimꝰ
facta ⁊c. in terra iudeoꝝ infideliū fac et
hic i patria tua:ſcꝫ in xp̄ianitate. Nota
hic ſeptē opa principalia q̄ fecit xp̄s in
iudea. Uide in p̄cedēti ſermōe breuiter
Uel dic de miraculꝫ illis. ceci vidēt clau
di ambulāt. Mat.xi. put habes ſupra
in tertio ſermone tertie dn̄ice aduentus
dn̄i. q̄ incipit Renūciate ioāni. Dico ſe=
cūdo ꝙ xp̄s reſpondit defendēs ſe ꝑ cer
tā experiētiā quā dedit de ſacra ſcriptu
ra dicēs ꝙ multi ꝓphete fuerūt q̄ in pa
tria ſua nō fecerūt miracula ſed in alia
di. In veritate dico vobis. multe vidue
erant in diebꝰ helye in iſrael qn̄ clauſuꝫ
eſt celū annis tribꝰ ⁊ menſibꝰ ſex. cū fa=
cta eſſet fames magna in oī terra. ⁊ ad
nullā illaꝝ miſſus eſt helyas:niſi in ſa=
repta ſidonie ad viduā. Et multi leproſi
erāt in iſrael ſub heliſeo ꝓpheta. Et ne
mo eoꝝ mūdatꝰ eſt niſi Naamā ſyrus.
Pꝫ ergo quō xp̄s rn̄dit ꝑ certā experiē=
tiā. Ubi tangit duas cauſas ſiue hyſto=
rias. dicant̄ breuiter. Prima hr̄. iij. reg.
xvij. de ꝓpheta helia q̄ erat de iudea:⁊
deꝰ miſit eū ad viduā extraneā: ac ſi de
brabātia deꝰ mitteret aliquā ad coloniā
Scd̄a hiſtoria habet̄. iiij. Regū. v. de ꝓ=
pheta heliſeo q̄ ſanauit. Naamā extra=
neū. Ecce q̄re dicit xp̄s. In v̄itate dico
vobis ⁊c. Mō patet reſpōſio ꝑ certā ex=
perientiā ⁊c. Moralr̄ ſi iſtas duas hiſto
rias volumꝰ cogitare:ſiue litteraliter ſi
ue moraliter pꝫ ꝙ viduis:orphanis:in
firmis ⁊ ꝑſonis miſ̄abilibꝰ debemꝰ ſub
uenire ⁊ eas defendere. Et oppoſitū eſt
magnū pctm̄. Et deꝰ facit ſingularē pu
nitionē de illis q̄ ꝑſequūtur ꝑſonas mi=
ſerabiles in hoc mūdo ⁊ etiā in alio. Jō
Exo.xxij. Uidue ⁊ pupillo nō nocebitꝫ.
Si leſeritꝫ eos vociferabūtur ad me et
ego audiā clamorē eoꝝ. Maxime in iu=
dicio deꝰ puniet tales. Dauid. p̄s. lxvij.
Turbabunt̄ a facie eiꝰ patris orphano
rū ⁊ iudicis viduaꝝ. Xp̄s ē pater orpha
noꝝ ⁊ iudex viduarū. Scd̄o ſubuenien=
dū eſt infirmis leproſis ⁊c. Secūda mo=
ralitas iuxta intellectū ſpūalem. Uidue
⁊ leproſo ſubueniēdū eſt. Uidua em̄ eſt
aīa quā xp̄s deſponſauit in baptiſmo q̄
eſt in celo:cui anime ſubueniendū eſt ꝑ
orationes:miſſas ⁊c. Iuxta cōſiliū da
uid. p̄s. cxxxi. Uiduā eiꝰ benedicens:ſcꝫ
de mane. bn̄dicam. ſ. de ſero. Naꝫ ſicut
corpori dātur due refectiōes:ita ⁊ aīe vi
due. Paupes eiꝰ ſaturabo panibꝰ. Pau
peres huiꝰ aīe ſunt potētie ſiue quiqꝫ
ſenſus q̄ ſunt ſaturādi panibꝰ orationū
p̄dicationū ſermonū. Leproſus eſt cor=
pus per luxuriā ⁊ gulā. Sanatur aūt ꝑ
cōfeſſionē prout figuratū fuit in curatio
ne naaman leproſi. iuxta quod precepit
xp̄s decē leproſis di. Ite oſtendite vos
ſacer. ⁊c. Luc. xvij. Hec oſtenſio fit in cō
feſſione ſacramentali. ¶ Dico tertio ꝙ
xp̄s reſpōdit ꝑ firmaꝫ patientiā. Poſtq̄
xp̄s reſpōderat iudeis ꝑ verā ſapiētiaꝫ
⁊ per certā experiētiam:indignati iudei
ſurrexerūt ꝯtra xp̄m ⁊ eiecerūt eū extra
ciuitatē ⁊ duxerūt illū vſqꝫ ad ſupcilium
montis vt precipitarēt eū. Ipſe aūt trā
ſiens ꝑ mediū illoꝝ ibat. Patiētia eſt ne
ceſſaria vbi iam verba nihil valēt. Hic
oſtēdit xp̄s excellētiā corporis glorifica
ti ſcꝫ ſubtilitatē trāſiens ꝑ mediū illoꝝ
ibat ⁊ nō videbat̄. In quo patet patien
tia de iniurijs ſibi factis:qꝛ noluit ſe vin
dicare:ſed patiēter receſſit ab eis. Que
ſtio cum xp̄s venit ad ſaluandū ſibi cre=
dētes ⁊ obediētes ꝑ mortem:q̄re noluit
mori illa morte. Quia ſi ipſe voluiſſet
ita bene fuiſſemus ſaluati ⁊ redempti.
Ratio:ꝓ noſtra īſtructione noluit mori
illa morte dando nobis exemplū ne mo
riamur precipitati. Dicatur quomodo
diabolus facit homines aſcendere in al
tum montē ſupbie ꝑ honores ⁊ dignita
tes ⁊c. De q̄ dauid loquēs diabolo di=
cit. Propt̄ dolos ſcꝫ tuos poſuiſti eis. ſ.
in imaginem aſcendere deieciſti eos dū
alleuiarent̄. p̄s. lxxij. Dic practice. Si
religioſus qui ſtat ſimpliciter i ſuo mo
naſterio ſeruando regulam: obedien=
tiam:paupertam:et caſtitatem: et ceri=
monias ſui ordinis:diabolus nihil po=
teſt contra eum: immo per viam pla=
nam vadit ad paradiſum. Si dyabo=
lus ponit in corde ſuo ꝙ aſcēdat: alias
nihil appreciabitur ⁊c. Et paulatim di=

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



mittit cerimonias ꝛc. Ecce quare dicit ꝓpter dolos. Idē de ſimplici ſacerdote dicente officiū ſuū deuote: nō curat de ꝯcubina: qꝛ nō ſufficiūt reddit⁹. Si diabol⁹ ponit in corde ſuo vt aſcendat ꝛ ſeruiat dn̄is ꝛc. Idē de ſcholarib⁹ ſimplicit̄ viuētib⁹ cū ſuis officijs q̄ via recta vadunt ad ꝑadiſū. Iō dicit diabol⁹. Ego faciā eū aſcēdere ꝛc. No. de vanitate qꝛ null⁹ eſt cōtētus vt fili⁹ ſit ſicut pr̄ ſed ꝙ aſcēdat qꝛ notarius nō eſt cōtentus ꝙ filius ſuus ſit notarius ſed iuriſta. Idē de iuriſta qui non vult ꝙ fili⁹ ſu⁹ ſit iuriſta: ſꝫ ꝙ ſit miles. Dic cōtra pr̄es dānatos q̄ dimittūt filijs ꝛc. deieciſti eos. Idem de mulierib⁹ q̄ qn̄ ſtāt in domo ſimpl̄r nutriūt filias ꝛ ſeruiūt ꝛ obediūt viris ſuis Sꝫ diabol⁹ ponit i corde vt aſcēdāt ꝛ dominēt̄ ꝛc. Iō xp̄s ſciēs modū diaboli noluit mori p̄cipitat⁹ vt daret nobꝫ exēplū cauēdi a tali morte. Et ſi ſum⁹ iā alte vt xp̄s deſcēdam⁹ vt ip̄e humiliando nos Iob. xxx. Eleuaſti me ꝛ quaſi ſup vētuꝫ ponens eliſiſti me valide

¶ Fer̄. iij. poſt Oculi. Sermo vnicus.

Non dico tibi ſepties ſꝫ vſqꝫ ſeptuagies ſepties. Matt. xviij. Sermo nr̄ erit de ſctō euāge. hodierno: ꝯtinet multas bonas doctrinas morales ab ore xp̄i ꝓlatas. Sed primo ſalutet̄ virgo maria. Sanctū euangelium. cōtinet in ſumma q̄nqꝫ doctrīas morales ſaluatiōi noſtre multū neceſſarias ꝛ proficuas.

Prima eſt de fraternali correctione.
Secunda de ſp̄uali iuriſdictiōe.
Tertia de exaudibili oratione.
Quarta de acceptabili cōuentione.
Quinta de amicabili remiſſione.

¶ De q̄nta loq̄tur thema ad ꝓpoſituꝫ. Nō dico tibi ꝛc. Pr̄ia doctrina eſt fr̄nal̄ correctio quō q̄libꝫ tenet̄ ꝛ obligat̄ corrigere ꝓximū ſuū qn̄ videt ip̄m errātem ꝛ defficientē vel in puncto errādi: homo tenetur ip̄m corrigere dulciter ꝛ fraternaliter: ſi credit vel ſperat ꝙ per ſuā fraternalē correctionē corriget̄ ꝛ emendabitur al̄s melius eſſet tacere. Ratio huius correctionis eſt qm̄ de⁹ nō eſt cōtentus ꝙ quilibꝫ ꝓcuret ſibi ſoli ſaluationē: ſed etiā ꝓximo ſuo. Null⁹ dicat. q̄d ad me de tali ſufficit mihi ꝙ ego nō faciā malū: qm̄ de⁹ dedit preceptum de dilectione proximi di. Diliges ꝓximū tuū ſicut teip̄m: ꝛ de⁹ mādauit oib⁹ ꝛ vnicuiqꝫ de ꝓximo ſuo. Et ſic quilibet curā habere debꝫ cōſeruādi nō ſolū bonū ꝓpriū ſed etiā bonū ꝓximi: ꝛ nō ſolū corp⁹ proprium: ſed etiā ꝓximi: ꝛ nō ſolū aīam ꝓpriam: ſed etiam animam ꝓximi: ꝛ plus q̄ corpus ꝓprium Nullus igitur dicat. Quid ad me. Ideo dicit ſcriptura ſacra Deus mādauit vnicuiqꝫ de ꝓximo ſuo ſcꝫ corrigēdo. Eccl̄. xvij. De hac fraternali correctione dixit xp̄s in principio euangelij. Si peccauerit i te frater tu⁹: vade ꝛ corripe eū inter te ꝛ ip̄m ſoluꝫ. Si te audierit lucrat⁹ eris fratrē tuum. Si aūt te nō audierit adhibe tecū vnuꝫ vel duos: vt in ore duorū vel triū teſtiū ſtet omne v̄bū. Quod ſi nō audierit eos dic eccl̄ie. Si aūt eccl̄iaꝫ nō audierit: ſit tibi ſicut ethnic⁹ ꝛ publican⁹. No. quō ſunt quattuor cōditiōes gentiū ſiue gradus de q̄bus de⁹ dat doctrinā qualiter ſunt corrigendi in ſuo gradu. Quidam ſunt ſimplices ꝛ corrigibiles: q̄daꝫ ſunt elati ꝛ p̄ſumptuoſi: q̄dā ſunt duri ꝛ protervi: q̄dā ſunt iniq̄ ꝛ malitioſi. Primi libēter ſuſcipiūt correctionē dicēdo correctori. Gr̄as ago: ego cognoſco ꝙ me maxime diligitis. Et de iſtꝫ dat nobis xp̄s doctrinā correctionis di. Si peccauerit in te ꝛc. i. cōtra te vel intra te qꝛ in expont̄ ꝓ cōtra vel intra. Itē qn̄ ſcis ꝙ ille fecit hoc pctm̄ ꝛ credis ꝙ ex tua fraterna correctione corriget̄. tūc vade ꝛ corripe eū dulciter. ſ. charitatiue ꝛ reuerenter. Hoc mō pſona ſimplex ꝛ corrigibilis optime ꝛ gratāter recipit correctionē ꝛ ſic lucratus eris aīam ei⁹ ſecrete īter te ꝛ ip̄m ſolū. Et cōcordat apl̄s di. Fratres ſi p̄occupat⁹ fuerit hō in aliq̄ delicto vos q̄ ſp̄uales eſtis hm̄oi iſtruite in ſpiritu lenitatis. Gal̄. vi. Scdi ſunt elati ꝛ p̄ſumptuoſi q̄ nimis p̄ſumunt de ſe. De quib⁹ dicit xp̄s ꝙ ad tales corrigēdos dꝫ homo venire cū teſtib⁹ di. Si mihi nō creditis petatis a tali ꝛ tali qui ſunt bone cōſcientie. Si aūt p̄ſumptuoſus dicit. Ego intelligo ꝛ ſcio ita bn̄ ſicut vos ꝛ ipſi: ꝛ vult ſe excuſare tūc adhi-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



be vnum teſtē vel duo.ſ.autoritates no-
ui ⁊ veteris teſtamenti dicēdo: quō pote
ſtis excuſare vos. Ecce quid dicit ſcri-
ptura ſacra. Et hoc eſt qđ xp̄s dicit ibi.
Si aūt te nō audierit ex ſua p̄ſumptiōe
adhibe adhuc vnū vel duos ⁊c. vſq; oē
verbū. Tertij adhuc ſunt ꝓteruiores: q2
peiores q2 ſunt duri ⁊ ꝓterui habentes
ſpm̄ cōtradictiōis: ⁊ ſtatim exponūt au
toritates dicētes. Meliꝰ itelligo ego q̄
vos. Talibus eſt aliꝰ modus ſeruandꝰ
ſ.allegando determinationē eccleſie vel
alicuius ſancti doctoris. Et ſic intelligit
illud v̄bum xp̄i. Dic eccl'ie: q2 al's pecca
catū occultū nō poſſet ꝓbare. Jō dicit.
Si nō audierit eos dic eccl'ie Allega de
terminationez eccl'ie. Quarta ꝯditio ꝑ-
ſonaꝝ eſt iniquoꝝ ⁊ malicioſoꝝ q̄ dicūt
malū de determinatiōe eccleſie; ⁊ de do-
ctoribus ſanctis. de quibus dicit xp̄s.
Sit tibi ſicut ethnicꝰ ⁊ publicanꝰ. Con-
tra tales dicit btūs Joā. Si q̄s venit ad
vos ⁊ hāc doctrinā.ſ.eccleſiaſticā nō af
fert nolite eū recipe i domo nec aue ei di
xeritis. Qui eīm dicit illi aue cōicat opi
bus eiꝰ malignis.ij. Jo. vnico No. đ opi
bus malignis.ſ.deſpectiue loquēdo di.
q̄d ad me de determinatione eccl'ie vel
pape vl' doctoꝝ. Ecce opa maligna. Se
cūda doctrina eſt ſp̄ūalis iuriſditionis
quā habēt p̄lati eccleſiaſtici ⁊ preſbyte-
ri. ibi. Amen dico vobis: quecūq; alli-
gaueritis ſup terrā erūt ligata ⁊ in celis
⁊ quecūq; ſolueritis ſup terrā erūt ſolu-
ta ⁊ in celis. Nota amē.i.certe. Et loque
bat' xp̄s apl'is ⁊ diſcipulis tanq; p̄latis
⁊ p̄ſbyteris: ⁊ in pſona ipoꝝ nobis eccle
ſiaſticis. Hec iuriſdictio ſp̄ūalis ſingula
riter oñdit' ⁊ ſeruat' in cōfeſſione ſacra-
mētali: in qua ꝯfeſſor ſoluit ⁊ ligat. Sol
uit aūt cū abſoluit a vinculis pctōꝝ pec
catorē: q2 q̄t pctā h3 aīa tot vinculis eſt
ligata in illo mēbro p qđ peccauit. Dic
quō aīa h3 oīa mēbra vt corpꝰ. ſed ſunt
ſp̄ūalia. Et ſi homo peccat iurādo ⁊c. vt'
buiſti: q̄liter in ea vixiſti: ⁊ qualiter pec-
cata notoria correxiſti. Et beda. Quat-
tuor ſūt ſpecies quib⁹ oīs tumor arrogā
tium declaraṫ. Contra hanc dicit medi-
cus noſter xp̄s. Superbiam nūꝗ in tuo
ſenſu aut in tuo verbo dominari permit
tas: in ipſa eñ initiū ſumpſit omnis per-
ditio. Thob. iiij. Nota oīs perditio. ſ. an
gelorū ⁊ hoīm. Quinta febris dicit ephe
mera: quia eadem die qua venit recedit.
Dicitur autē ephemera a piſce ſic dicto
qui moritur illa eadem die qua naſcitur
Hec ſignat febrem anime que dicitur ira
que eadem die qua naſcitur debet mori.
Verbi grā. Si fit tibi aliqua iniuria ver
bo vel facto: ſubito venit ira in corde: ſed
eadem die debet mori ſcꝫ recipiēdo pro-
poſitum non ſe vindicādi: quia vindicta
eſt dei. Da mihi vindictam. ⁊ ego retri-
buam dicit dn̄s. Cōtra iſtā apl's ordina
uit optimā medicinā dicens. Iraſcimini
et nolite peccare. Sol non occidat ſuper
iracundiam veſtrā: nolite locū dare dia
bolo. Ephe. iiij. Nota iraſcimini ⁊ nolite

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



peccare:ſupple recipiendo vindictā.Sol non occidat ⁊c.Patet quō ira dʒ mori eadē die.Dicat exēplū qđ legit in vitaſpatrū de illo ſctō epō q inuitauit ad prādiū illū heremitā:q ex aliqua neceſſitate venit ad ſuā ciuitatē.Epʼs aūt cogitās magnā afflictionē ⁊ abſtinētiā quā heremimita fecit in heremo:fecit bonū prādiū. Qđ cū corā heremita poneret:ait epō.pater:parce mihi:qꝛ ex quo iſtū habitū ſūpſi aliqđ mortuū nō comedi.Cui reſpondit epʼs.Pater:parce mihi:qꝛ ex quo iſtā cappā ſumpſi:ſol nō occidit ſuper iracūdiā meā.Reſpōdit heremita.Pater:melioꝛ es ꝙ ego.Melioꝛ ē virtutē reputauit patientiā ꝙ abſtinentiā.Multi ſunt abſtinentes q non ſunt patiētes.Bñdictus eſt ille q qñ ponit ſe in lecto poteſt dicere cū veritate Deo grās:qꝛ nō habeo irā in corde meo ꝯtra aliquē.Itē nolite locū dare diabolo:qm̄ ira eſt diſpoſitio vt diabolus intret in corpora vt dicūt demōes qñ cōiurant in obſeſſis.Sexta febris eſt erratica ſic data:qꝛ nullū ordinē ſeruat. modo venit vna hora:modo alia. Hec ſignificat febrē aīe que dicit luxuria:q nullum ordinē ſeruat.Luxurioſus enim:nō ſeruat ordinē:non tēpus:nō perſonā:nō modū:immo vadit.luxurioſus erratice: ſicut ille q errauit dicendo.O maioꝛ delectatio eſſet cū illa ſcʒ cū moniali:vel legitima ⁊c.vel tali modo.Qm̄ ꝯcupiſcentia carnalis infinita eſt nec habet terminuʒ. Ideo dicit ſcriptura ſancta de luxurioſis Semetipſos tradiderunt impudicitie in operationē oīs immūdicie.Eph.iiij.Nota tradiderūt impudicitie.ſ.cogitēdo:loquēdo:audiēdo:reſpiciēdo:tāgēdo. De illa materia in opatione oīs immūdicie. Cōtra iſtam dicit nobis medicus noſter apl's ad Theſſal.iiij.Hec ē volūtas dei ſctificatio veſtra vt abſtineatis vos a foꝛnicatione:⁊ ſciat vnuſquiſꝗ veſtrū vas ſuū poſſidere in ſanctificatione:nō i paſſione deſiderij:ſicut ⁊ gētes que ignorāt deū.Quilibet ſit contentus de vxore ſua iuuene vel antiqua:turpi vel pulchra:ac ſi in mūdo non eſſet alia mulier. Cauete ergo ab iſta febre erratica.q tot occidit morte eterna.Septima febris eſt ethica: q ꝯſiſtit intus in oſſibꝰ ⁊ mēbris.Hec ſigt febrē aīe que dicit inuidia.Qm̄ ſicut febris ethica q eſt in mēbris radicata ꝯſumit humidū radicale qđ dat vitā corpi ⁊ ſic hō morit.ſic etiā inuidia ꝯſumit humidū radicale ſcʒ charitatē q dat vitam aīe.Uita carniū ſanitas cordis putredo oſſiū inuidia. Prouer.xiiij.Not.ꝙ coꝛ dʒ ſanū qñ diligit oēm creaturā humanam vniuerſalr ⁊ gaudet de bono alterꝰ.Inuidia eſt putredo oſſiū.i.virtutū:quoniā ſicut oſſa ſuſtinent corpus : ita virtutes ſuſtinent animā . Ideo chriſtus medicꝰ noſter dans nobis amphoriſmū dicit ꝑ apoſtolū petrū.Deponentes omnē maliciam ⁊ omnē dolū:⁊ ſimulationes et inuidias:ſicut mō geniti infantes:lac ſupple charitatis concupiſcentie.j.Pet.ij.

¶Feria.vj.poſt Oculi. Sermo vnicus.

Scimꝰ qꝛ hic ē vere ſaluatoꝛ mūdi. Jo.iiij. Iſtud ſanctū euāgeliū continet vnam pulchram hiſtoriam in qua continent tres magne diſputationes inter xp̄m ⁊ alias perſonas.

Prima fuit inter chriſtum et mulierē ſamaritanam:

Secūda fuit ſamaritane cuʒ chriſto.

Tertio fuit cū chriſto ⁊ diſcipulis.

Et qlibet diſputatio hʒ optimā qſtionē. Cōcluſio prime diſputatiōis fuit Dñe video ꝙ ꝓpheta es tu.Cōcluſio ſcđe diſputationis eſt ꝙ xp̄s eſt meſſias. Cōcluſio tertie diſputatiōis eſt thema:qꝛ ſaluatoꝛ mūdi.Quantum ad primā diſputationē que fuit cum ſamaritana ſciendū ꝙ hec fuit benigna qꝛ xp̄s incepit.Uñ dum xp̄s iret de villa in villā perſonalr predicādo venit iuxta ſamariā magnā ciuitatē plꝰ ꝙ pariſius ⁊ iuxta illā ciuitatē erat fons altus:⁊ dicebat fons qꝛ aqua viua ſcaturiebat:⁊ puteus qꝛ ꝓfunda:⁊ xp̄s feſſus et totus fatigatꝰ ex itinere poſuit ſe ſup fontē l ore:vt facies ſua bñdicta reſpiceret ſup fontē:vt aere recenti refrigeraret Diſcipuli aūt ⁊ apl'i interim veniū adt ciuitatē ad emendū panē ⁊ cibū.Et cū xp̄s ſic eſſet ſolꝰ ad fontē ⁊ hora erat ſexta venit mulier de ciuitate.Samaria haurire aquā:⁊ inuenit ibi xp̄ʒ:quē nō ſalutauit cognoſcēs in veſtibꝰ ꝙ iudeꝰ eſſet.nō em̄ loqbant iudei ſamaritanis ſicut nec nos xp̄iani cū infidelibꝰ ſarracenis ⁊c.⁊ xp̄s

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



incepit diſputationē di. Mulier: da mihi
bibere. Que reſpiciēs eū torvo oculo di-
xit: ⁊ incepit arguere ꝯtra xp̄m di. Quō tu
iude⁹ cū ſis bibere a me poſcis q̄ ſum mu
lier ſamaritana: bn̄ ſcis ꝙ iudei nō coutū
tur ſamaritanis: certe nō dabo tibi bibe-
re. Et xp̄s replicauit di. O mulier: ſi ſci-
res donū dei ⁊ q̄s ē q̄ dicit da mihi bibe
re: tu forſitā petiſſes ab eo ⁊ dediſſet tibi
aquā viuā. Nota donū dei datū hūano
generi. Hoc donū eſt fili⁹ dei datū i incar
natione. de quo Eſa. ix. Filius datus eſt
nobis. Ecce donū datū in nr̄az redēptio
nē. Et mulier arguēs xp̄m dicebat. Dn̄e
nec in quo haurias aquā habes: ⁊ pute⁹
altus eſt. vn̄ ergo habes aquā viuā? Et
nunqd tu maior es patre nr̄o Jacob q̄ de
dit nobis puteū: ⁊ ip̄e ex eo bibit ⁊ filij ei⁹
⁊ pecora ei⁹. Rn̄dit xp̄s. Mulier non in-
telligis de qua aqua ego loquor: q: non
eſt de iſta. Q: oīs q̄ bibit ex hac aqua ſi-
tiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua quam
ego dabo ei nō ſitiet in eternū: ſ3 aq̄ quā
dabo ei fiet in eo fons aque ſaliētis i vi
tam eternā: ⁊ vitā eternā habebit. Tāta
fuit virtus verboꝝ xp̄i ꝙ mulier inclina
ta ei iam cōpuncta in corde cū humilita
te ⁊ reuerentia dixit. Dn̄e: da mihi hanc
aquā vt nō ſitiā: neq3 veniā huc haurire
Tūc xp̄s reſpondit. Tu vis de iſta aqua
Reſpōdit mlr̄. Jta dn̄e. Uade ergo ad
ciuitatē ⁊ voca virū tuū. Que rn̄dit. Uirū
nō habeo. Et xp̄s. Bn̄ dixiſti q: virū non
habes. Quinq3 eñ viros habuiſti: ⁊ hūc
quē iā habes nō eſt vir tu⁹: ſed vn⁹ ruf-
fianus ⁊ ribald⁹ eſt: ⁊ tu ꝯcubina ſua es.
Et dixit ſibi oīa noīa viroꝝ ſuoꝝ ⁊ gen⁹:
⁊ cuius officij erāt. Talis vocabat̄ ſic: et
habebat tale officiū: ⁊ mortu⁹ eſt tali mor
te: ⁊ ſic de alijs. ſ3 iſte quē nūc habes nō
eſt vir tu⁹ ſ3 vn⁹ ribald⁹: ⁊ ribalda ſua tu
es. Et tūc illa icepit clamare. O dn̄e dn̄e.
clare video ꝙ ꝓpheta es tu: ⁊ ſcis oīa q̄
feci. q. d. Parce mihi q: prius vocaui te
iudeū. Cōcluſio p̄me diſputatōis. Nota
prius vocauit eū iudeū: ⁊ poſt dn̄z ꝓphe
tam. Ecce p̄ma diſputatio xp̄i cū mulie-
re ad lrām. Mō moraliter intrem⁹ ſecre-
ta moralia ꝓ nobis. Jn iſta diſputatiōe
ſunt ſex ſecreta moralia: ad q̄ ꝑ queſtio-
nes intrabo. Prima q̄ hec mulier ſama-
ritana: ⁊ qd̄ ſignificat. Reſpōſio ꝙ q̄libet
ꝑſona xp̄iana peccatrix ſignificat̄ ꝑ iſtaz
ſamaritanā duplici rōne: ⁊ ponuntur in
euāg. Primo q: q̄libet die pluries venie
bat ad aquā: nec ſatiabat̄. Talis eſt ꝯdi
tio peccatricis: q: q̄tidie vadit ad aquā
ꝓſperitatū tēporalium: nec ſaturat̄: tāta
eſt cupiditas. Uerbi grā. Si ſacerdos hz
ſimplex beneficiū: conat̄ vt poſſit habere
maius nec ſatiat̄. Ecce cōditio aque bo-
noꝝ tpaliū q̄ nō ſatiāt: q: nō intrāt illuc
vbi ē ſitis. Nā ſitis habēdi bona tpalia
ſc3 terras: poſſeſſiones: aurum: argentuz
⁊c. iſta bona temporalia non intrant in-
tus in cor. Si enim poſſes habere vnum
plauſtrum auri liquefacti: nō ſatiaret te.
Sed ſicut famelicus nō ſatiatur ex aſpe
ctu eſcarum que ſunt in menſa: quia eſu
ries eſt i ſtomacho: ⁊ iō niſi intrēt nō au
ferent eſuriem neq3 ſitim: ſic eſt de eſurie
bonorū temporaliū. Jdeo quanto homo
plus habet plus ſitit ⁊ cupit: q: nō intrāt
in corde. Auctoritas. Eccl's. v. Auar⁹ nō
implebitur pecunia: ⁊ qui amat diuitias
fructū ſc3 ſatietatis non capiet ex eis ⁊c.
Et ſic directe placita ⁊ delicie hui⁹ mun
di ſunt ad inſtar febricitantis qui vritur
ſiti: ⁊ datur ſibi gutta aque in lingua cuz
pluma. Jdē de delitijs luxurie: auaricie
⁊c. Jdeo vbicūq3 caro in tēporalibus que
rit refectionē: inuenit defectionē. Nā cor
hominis eſt plus q̄3 celum: ⁊ nō poteſt ſa
tiari niſi a deo quem celi capere nō pote
rāt: ſed tn̄ cor hominis ſemꝑ retinet gra
tiam: ⁊ tunc ſatiatur homo. ideo chriſtus
Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterū: qui
autē biberit ex aqua quam ego dabo ei
non ſitiet in eternū: ſed aqua quā ego da
bo ei fiet in eo fons aque ſalientis in vi-
tam eternā. Ex aqua ſc3 gratie ⁊ ſua p̄-
ſentia. Un̄ concluſio eſt theologie ꝙ gra
tia gratum faciens ſecum habet ⁊ affert
preſentiā dei. Et iſto ſigno poteſt cogno
ſci ſi homo eſt in gratia dei qn̄ aliq̄s non
deſiderat inducētia ad peccatū. Nota ſa
liētis in vitā eternā. Quale ſalt⁹ eſt ille
quā facit anima qn̄ de ore ſaltat in celuz
ſubito? Cogita ſi homo ſaltaret d̄ terra
ad celū. O q̄lis ſaltus eſſet ſi vltra altius
iam plus q̄3to plus adhuc vſq3 ad celum
Scōm ſecretū. Jeſus fatigat⁹ ex itinere
ſedebat ſic ſupra fontē. Hora autez erat
quaſi ſexta. Quare ieſus fuit magis fe-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſus illa hora ex itinere ꝙ aliqͥs apoſto-
lorū:cū tn̄ ſuſtineat totū mūdum ⁊ oms
creaturas. Ratio:ſciatꝫ bone gentes ꝙ
nunꝙ fuit aliqͥs homo ita delicatus in
ſua cōplexiōe ſicut xp̄s inq̄ſtū hō. Rō:q2
nos ſumꝰ cōcepti ⁊ geniti ex viliſſima
materia ⁊ corrupta:iō habemꝰ cōplexio
nē rudez ad ſuſtinendū labores:ſed cor
pus xp̄i a ſpiritusancto formatū fuit nō
de viliſſima materia : ſed de puriſſimis
guttis ſanguinis virginis marie:iō erat
magis delicatꝰ:vel q2 ieiunabat quoti-
die ⁊ vigilabat ꝑnoctās in oratiōe. Lu
ce.vj.⁊ laborabat p̄dicādo qualibꝫ die.
Et de iſta delicatura dr̄ Eſa.liij. Bra-
chiū dn̄i cui reuelatū eſt. Et aſcēdet ſi-
cut virgultū coram eo:⁊ ſicut radix de
terra ſitiēti:nō eſt ſpecies ei neqꝫ decor.
Et vidimꝰ eū ⁊ nō erat aſpectus. Et de
ſiderauimꝰ eū deſpectū ⁊ nouiſſimū vi-
rorū:virū dolorꝝ ⁊ ſcientē infirmitatem.
Et quaſi abſcōditꝰ vultꝰ eiꝰ ⁊ deſpectus
vn̄ nec reputauimꝰ eū.Uere languores
nr̄os ipſe tulit:⁊ dolores nr̄os ip̄e porta
uit.Et nos reputauimꝰ eū quaſi lepro-
ſum ⁊ percuſſuꝫ a deo ⁊ humiliatū.Ip̄e
aūt vulneratꝰ eſt ꝓpter iniquitates no-
ſtras attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera noſtra.Di
ſciplina pacis nr̄e ſup eum:⁊ liuore eiꝰ
ſanati ſumus.oēs nos quaſi oues erra-
uimus:vnuſquiſqꝫ in viā ſuā declinauit
⁊ poſuit dn̄s in eo iniq̄tatē oim̄ noſtrū.
Brachium dn̄i ꝑ quod oia operatus eſt
deus pater eſt xp̄s inq̄ſtum deꝰ. Joā.j.
Oia per ip̄m facta ſunt:⁊ ſine ip̄o factū
eſt nihil.Et loq̄ns de humanitate dixit.
Aſcēdet ſicut virgultuꝫ:⁊ ſicut radix de
terra ſitienti.Uirgultū dicit̄ virgula par
ua ⁊ delicata q̄ naſcitur in pede aliaruꝫ
arborū magnarum:vel q̄ naſcitur in ter
ra ſitienti:vbi non eſt aqua que eſt val-
de delicata ⁊ tenuis.Patet igitur ratio
quare chriſtꝰ fuit feſſus magis ꝙ apo-
ſtoli.Si dicat̄.nunq̄d poterat ſe ſuſtine
re.Reſpōſio ꝙ immo:ſed nō dediſſet no
bis exēplū laborandi in bonis operibꝰ
vt habeamꝰ patientiā qn̄ fatigamur et
laſſamur vt xp̄s:⁊ qn̄ ex predicatione vl̄
ieiunio vel alias laſſamur exēplo xp̄i cō
ſolemur ⁊ recipiamus patientiaꝫ. Ideo
apoſtolus.In oībus exhibeamus noſ-
metip̄os ſicut dei miniſtros. In multa
patiētia:in tribulationibꝰ: in neceſſitati
bus:in anguſtiis in plagis : in carceribꝰ
in ſeditionibꝰ:in laboribꝰ:in vigiliis:in
ieiuniis:In caſtitate in ſcientia:in lōga
nimitate:in ſuauitate:in ſpūſctō:i chari
tate non ficta:in v̄bo v̄itatis: in virtute
dei ⁊c.ij.Cor.vj.Tertiū ſecretū eſt qua
re apl̄i ip̄m dimiſerūt ſolū:q2 nullus re
manſit cū eo.dicit textꝰ. Diſcipuli eius
abierūt in ciuitatē vt cibos emerēt ⁊ di-
miſerūt euꝫ ſolū in deſerto.q2 puteꝰ ille
erat longe a ciuitate ſamarie. Reſpon-
ſio quare dimiſerūt eū ſolū:q2 fuit ordi-
natio xp̄i vt oēs abirēt iō vt ſaluaret il-
lā mulierē:q2 ſi aliquis diſcipulꝰ ibi fuiſ
ſet mulier fuiſſet impedita nec potuiſſet
loq̄ cum xp̄o:iō ordinauit vt oēs irēt in
ciuitatē vt emerēt neceſſaria. In q̄ mo-
raliter inſtruimur ⁊ habemus exēplū:ꝙ
ſicut xp̄s in incarnatiōe dimiſit ſocieta-
tē angelorꝝ milia miliū.Job.xxv. Nun-
q̄d eſt numerꝰ militū eiꝰ ⁊ pro ſaluatiōe
noſtra dimiſit illos.Idē ꝓ ſaluatiōe il-
lius mulieris ſamaritane dimiſit ſocie-
tatem apl̄orꝝ.ſic nos ſocietatē amicoruꝫ
filiorꝝ vxoris ⁊c.Iteꝫ ipſemet dicit.Oīs
q̄ reliq̄rit domū vel fratres:aut ſorores:
aut prēꝫ:aut matrē:aut vxorē:aut filios
aut agros: ꝓpter nomē meū:cētuplū ac
cipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit.Mat.xix.
Nota ꝓpter nomē meū qđ eſt ieſus qđ
interp̄tat̄ ſaluator.Propter nomē meuꝫ
i.ꝓ ſaluatione alicuꝰ aīe:vt religioſus
dimittens patriā ratione predicatiōis.
Idē de ſacerdote vel ſeculari a mundo
recedēte cētuplū accipiet ⁊c.Aut vxorē:
aut filios.Queſtio eſt nunq̄d vir pōt di
mittere vxorē ꝓpter xp̄m ⁊ ſaluationeꝫ
alicuꝰ aīe vel ſue vel ſuorꝝ.Rn̄ſio ꝙ vir
nō pōt dimittere vxorē quā iā hꝫ niſi cō
ueniūt ambo in ingreſſum religionis et
ſi aliter remaneret in mundo tenet̄ viue
re cōtinenter.Idē pater nō debet dimit
tere filios niſi ſint bene ꝓuiſi in neceſſa
riis ⁊ ſint bene inſtructi edocti ⁊ ſatꝫ an
noſi.Idē de filiis q̄ non debēt dimitte-
re parētes pauperes ſenes ſecus q̄ non
indigēt.Scd̄o dimittit̄ vxor nō quā q̄s
habꝫ:ſꝫ quā poſſet habere ⁊ filios quos
poſſet habere:ſꝫ amore xp̄i dimittit totū
⁊ ſic intelligitur autoritas iſta.Quartū
ſecretū ſiue quarta queſtio in hoc oſten

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ditur cũ mulier dicit. Quõ tu iude⁹ cum
ſis ꝛc. In quo cognouit mulier xp̄m eſſe
iudeũ. Rñſio ꝙ ſimlr̄ cognouit eũ in lo-
q̄la: ſicut fuit cognit⁹ btũs petr⁹ i nocte
paſſiõis. Uere tu ex illis es: nã ⁊ loque-
la tua manifeſtũ te facit. qꝛ galileus es.
Mat. xxvj. Moraliter. ſic cognoſcitur q̄-
libꝫ de qua patria eſt. Sunt eñ due pa-
trie ꝯtrarie. ſ. paradiſ⁹ ⁊ infern⁹: ⁊ in q̄li
bet loquũtur diuerſimode. Linguagiuꝫ
padiſi eſt illud de quo p̄s. Bti q̄ habitãt
in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ lau-
dabũt te. p̄s. lxxxiij. Qñ ergo religioſ⁹
vel ſacerdos vel ſecularis libenter lau-
dat deũ: ſignũ eſt ꝙ eſt de illis de padi-
ſo: Nã ⁊ loq̄la tua manifeſtum te facit.
Secus qñ cũ tedio cõfuſibiliter ⁊ irreue
renter ⁊ indeuote induẽdo ſe dicit offi-
ciũ vel orõnes. Eſt eñ magnũ ſignũ p̄-
diſtinatiõis deũ delectabiliter laudare
Linguagiũ inferni eſt illud de quo. Jo.
Apoca. xvj. Eſtuauerũt hoies eſtu ma-
gno: ſcꝫ cũ ardore: ⁊ blaſphemauerũt no
mẽ dei habẽtꝫ poteſtatẽ ſup has plagas
neqꝫ egerũt penitẽtiã vt darent illi glo-
riã. Qñ ergo aliq̄s iurat: renegat: blaſ-
phemat ꝛc. ſignũ eſt ꝙ eſt burgenſis ⁊ ci
uis inferni. vnde tu ex illis es ꝛc. Uñ ma
nifeſtuꝫ ſignũ eſt pſciẽtie ⁊ dãnationis
iurare: renegare ꝛc. Quintũ ſecretũ q̄ eſt
aqua illa de qua xp̄s dicit. Ois q̄ bibe-
rit ꝛc. Hec eſt gr̄a ſpiritualis que extin-
guit ardorẽ ſupbie in ſupbis: auaricie i
auaris: luxurie in luxurioſis ꝛc. ſicut aq̄
naturalis extinguit ardorem corporis
⁊ talis nõ vult aliq̄d inordinate: nec que
rit ardenter dignitates officia: ꝛc. ſicut
faciũt illi q̄ adhuc habent febrẽ ſupbie
auaricie ꝛc. qꝛ mũda aqua gratie dei ex
tinguit in illis ardorẽ: immo dicũt tales
q̄ habẽt gratiã cũ apl̄o. j. Tim. vj. Habẽ
tes alimenta ⁊ veſtes q̄b⁹ tegamur his
contenti ſum⁹. Nõ dicit delectamẽta: et
q̄bus ornemur ꝛc. ⁊ hoc facit gratia dei:
ſiue aqua gratie ſaliẽtis in vitã eternaꝫ.
O qualis ſaltus. Ecce q̄re dixit. Qui bi
berit ex aqua quã ego dabo: non ſitiet i
eternũ: ſcꝫ iſta temporalia cũ ardore pec
cati. De iſta gr̄a. Rom. vj. Gratia dei vi
ta eterna. i. per gr̄am dei habet quis vi-
taꝫ eternã. Sextũ ſecretũ ſiue ſexta que
ſtio. Cũ xp̄s dixit. Uade voca virũ tuũ
quare xp̄s dicit. Uade voca ꝛc. Cũ xp̄s
ſciret ꝙ non haberet virũ. Reſponſio ꝙ
xp̄s tenuit iſtum modũ loquẽdi: vt ſic il
la mulier diceret veritatẽ ore proprio ꝙ
nõ habebat virũ. Moraliter. Quinqꝫ vi
ros habuiſti: ⁊ ille quẽ iaꝫ habes nõ eſt
tuus vir. Sic q̄libet pſona habet quinqꝫ
viros qñ peccat ex fragilitate vl' ex igno
rantia ⁊ finaliter recipit ruffinum diabo
lũ. Quinqꝫ viri ſunt quinqꝫ ſenſus natu
rales ſiue corporales: qꝛ ſicut vir guber
nat domũ: ſic hi quinqꝫ ſenſus guber-
nãt corpus in pctis q̄ fiũt ex fragilitate:
vt petrus qñ negauit pre timore xp̄ꝫ. Sꝫ
qñ peccãt iam ex conſuetudine ⁊ mali-
cia: a diabolo regunt᷑ tanq̄ꝫ a ruffiano ⁊
lenone. De quib⁹ apl's. Reſipiſcãt a dia
boli laq̄is a quo captiui tenent᷑ ad ip-
ſius volũtatẽ. ij. Timo. ij. Itẽ dicit btũs
Paul⁹. ij. ad Tim. iij. Hoc aũt ſcio qꝛ i
nouiſſimis dieb⁹ iſtabũt tp̄a piculoſa Et
erũt hoies ſeipos amãtes cupidi: elati:
ſupbi: blaſphemi: parẽtib⁹ nõ obediẽtes
igrati ꝛc. Scđa diſputatio fuit ſamarita
ne cũ xp̄o audacia ip̄a icepit. Et ad itel-
ligẽdũ iſtã diſputationẽ ſciatꝫ ꝙ iter iu
deos ⁊ ſamaritanos erat ãtiq̄ q̄ſtio vbi
deberẽt orare i hierl'm an ibi iuxta mõ-
tem garizim. Iudei dicebãt ꝙ in hierl'ꝫ
qꝛ ſic p̄cepit deus. Samaritani ṽo dice
bant ꝙ in illo mõte: qꝛ ibi patres eoruꝫ
abraam: iſaac. ⁊ iacob adorauerũt. Ui-
dens aũt ſamaritana xp̄m eſſe ꝓphetã
q̄ dixit ſibi ſua ſecreta: cogitauit. O iſte
dicit veritatẽ tibi. Et ꝓpter ſecretũ iſti⁹
queſtionis ⁊ ad determinationẽ incepit
q̄ſtionẽ dicẽs. Patres noſtri in hoc mõ-
te adorauerũt ⁊ vos dicitis qꝛ hieroſoly
mis eſt loc⁹ vbi adorare oportet. Quid
dicis tu de iſta q̄ſtiõe: ex quo es ꝓpheta
Et xp̄s reſpondens innuit in ſua reſpõ-
ſione duas opiniones. Prima ꝙ erat ve
rior opinio iudeoꝝ: qꝛ lꝫ ibi patres ado
rauerunt: tñ mutatus eſt locus orandi.
Scđa opinio ꝙ i oi loco põt adorari: qꝛ
vbiqꝫ eſt deus. Tunc reſpõdit xp̄s. Mu
lier crede mihi: qꝛ venit hora ꝙ neqꝫ in
mõte hoc: neqꝫ in hieroſolymis adora-
bitis patrẽ. Uos adoratis quod neſcitꝫ
nos adoram⁹ qđ ſcimus: qꝛ ſalus ex iu-
deis eſt. Sꝫ venit hora: ſcꝫ in nouo teſta
mẽto: ⁊ nũc ẽ qñ veri adoratores adora

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

bunt patrē in ſpū ⁊ veritate. Nā ⁊ pater
tales q̄rit q̇ adorāt eū. Spūs eſt deus: ⁊
eos q̇ adorāt eū in ſpū ⁊ veritate opor-
tet adorare. Ita ꝙ xp̄s determinauit q̄ſtio
nē ꝯ ſamaritanā. Dicit ei mulier. Scio
ꝙ meſſias venit q̇ dr̄ xp̄s. Cū ergo vene
rit ille nobis nunciabit oīa. Nota dicit
ip̄a. Meſſias venit. q. d. non credo tibi.
Rn̄dit xp̄s. Ego ſuz q̇ loquor tecū. Nō
inueniť in euāgelijs qḋ xp̄s ita clare ſe
diceret eſſe xp̄m ſaluatorē mūdi ſicut h̄.
Et ſubito mulier illūinata dimiſſa hy-
dria: currādo iuit ad ciuitatē clamādo ⁊
dicēdo ⁊ vocādo gētes. O bone gentes
venite ⁊ videte hoīem q̇ dixit mihi oīa q̄
cūqꝫ feci: nūquid ipſe eſt xp̄s. Exierunt
ergo de ciuitate ⁊ venerunt ad xp̄m. In
hac q̄ſtione ſunt tria ſecreta. Primū eſt.
Spūs eſt deꝰ: q̄d eſt adorare in ſpū ⁊ ve
ritate. Ad hoc intelligendū nota ꝙ ē re
gula philophie ꝙ veritas eſt adequa-
tio rei ad intellectū: v̄bigratia. qn̄ ſpūs
cogitat infinitā xp̄i ſcitatē ⁊ puritatez:
⁊ ex alia parte cogitat grauiſſima pctā
q̄ ip̄e homo fecit: tūc qn̄ geſtꝰ corpis ad
extra correſpondet cū ſpū dicens. Dn̄e
nō dignꝰ te reſpicere. Uah tot pctā feci
ꝯ volūtatē veſtrā ⁊ ſcitatē ⁊c. Et ab ex
tra inclinať hūilitatē oſtēdēdo ab extra
tūc cōcordat cū ſpū in corde. Sꝫ qn̄ cor
eſt in taberna ⁊ corpꝰ inclinat: nō eſt ve
ritas. Iſto modo publicanꝰ orauit deū
in ſpū ⁊ v̄itate dicens. Deus ꝓpitiꝰ eſto
mihi pctōri ⁊c. Iſta ratione dr̄ mō. Hūi-
litate capita veſtra deo: q̄ſi dicat eccl̄ia
nō eſtis digni ipſum reſpicere. Iſta etiā
rōne teguntˀ i quadrageſima imagines
q̄ſi dicat. nō ſumꝰ digni reſpicere iſtas
imagines. Scḋo adorať deꝰ in ſpū ⁊ ve
ritate. Primo ſpū cogitando ſuā dn̄atio
nē quō creauit corpꝰ ⁊ aīam: ⁊ oīa ſunt
ſua. Secus de alijs dn̄is. Secūdo ado-
randꝰ eſt in veritate: duo genua flecten-
do ſibi. dn̄is tp̄alibꝰ ſolū ſiniſtrū: ⁊ p̄la-
tis dextrū. Iſto modo dicimus. Flecta
mus genua: ⁊ nō dicit genu. Leuate ſcꝫ
ſpm̄ in altuz. Ideo qn̄ vultis facere ora
tionez prius debetis orare in ſpū cogi-
tādo cū quo debetis loqui: deinde in ve
ritate ꝑ reuerentiam corporis ab extra.
Ecce quare dicit xp̄s. Pater q̄rit tales
qui adorāt eū in ſpiritu ⁊ v̄itate. Et cō-
cordat ſcriptura dicens. Uiuo ego dicit
dn̄s: qm̄ mihi flectetur omne genu. Ro.
xiiij. Tertio adorať deus in ſpū ⁊ veri-
tate. Primo ſpū cogitando ſuā eternita
tē. ⁊ ex alia parte principiū noſtrū vtiliſ
ſimū: q: de terra facti: ⁊ finem q: morie-
mur. Et veritate ꝓſternendo ſe in terra
q. d. in terrā reuerſus ſuz ⁊ moriar: ⁊ deꝰ
eſt in ſua eternitate. Hoc ſignificať i ſua
paſſione qn̄ dr̄. emiſit ſpm̄. Ibi quilibet
xp̄anus ꝓſtratur. Ideo dauid dicit. Ue
nite adoremus ⁊ ꝓcidamus ante deuz
ploremꝰ corā dn̄o q̇ fecit nos p̄s. xciiij.
Quarto adorať deus in ſpū cogitando
dei liberalitatē q̇ dat oīa bona tp̄alia ⁊
ſpūalia: ⁊ ab alia parte noſtras imūdi-
tias ⁊ neceſſitates. Et veritate. Ideo le
uamus manus nr̄as: dextrā pro bonis
ſpūalibꝰ ſiniſtrā ꝓ bonis tp̄alibꝰ. Quin
tus modus adorādi deū in ſpū cogitan
do miam dei: q: cū eſſemꝰ ſententiati ad
furcaz inferni: filius dei fuit ita miſeri-
cors ꝙ dicit patri. Pater benedicte ego
volo ſolus ſuſpendi ꝓ toto pp̄lo. Et ex
alia parte cogitando peccata ꝓ quibus
data eſt ſn̄ia: ⁊ veritate qn̄ crux fit in pe
ctore dicēdo. Miſericordia dn̄i plena eſt
terra ex paſſiōe vr̄a. Ideo Paulus. Mi
hi abſit gloriari niſi i cruce dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i. Gal. vlti. Sextus modꝰ adorādi in
ſpū tūdendo pectꝰ cogitādo dei infinitā
immenſitatem: ⁊ cogitādo offenſam fa-
ctam ſibi ex peccatis. Ideo percutitur
cor quinqꝫ digitis: ſicut habemꝰ quinqꝫ
modos peccandi. ſ. cogitatione: locutio
ne: opere: omiſſione: ⁊ obſtinatiōe: quia
iſtis modis offenditˀ deus. Secundū ſe
cretū cū dicit. Reliq̄t hydriam ⁊c. quare
dimiſit ad litteram vt feſtinātiꝰ iret ad
ciuitatem currēdo. Sꝫ ſpiritualiter hy-
dria erat ſocietas mala mulieris q̄ eius
ipediebat curſum: ideo dimiſit. Sic ſunt
multi q̇ ſocietate ⁊ familiaritate ⁊ amo-
re aliquaꝝ perſonaꝝ impediūtur a cur-
ſu paradiſi. Dic de quolibꝫ ſtatu. iō mu
lier reliquit hydriam ſuaz. i. malā ſocie
tatē. Iō poeta. Que nocitura tenes ⁊c.
Tertiū ſecretū: cū dr̄ ꝙ iuit ad ciuitatez
clamādo. Uenite vīdaz vobis hoīez ⁊c.
Unde nō fuit contenta de ſua conuerſio
ne: ſed voluit conuertere ꝓximos: quia
totam ciuitatē conuertit. Hic iſtruimur

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ꝙ nullus dꝫ eſſe contentus de ſua conuerſione:ſꝫ dꝫ ire ad cõuertẽdū: proximū vt bona mulier ⁊ deuota dulciter cõuertere virū ſuū ribaldū.⁊ ecõuerſo:frater fratrem:vicinus vicinū:ſeruus dñm magiſter diſcipulū:dñꝫ ancillam.Eccł.xvij.De⁹mandauit vnicuiꝗ de ꝓximo. Itē.Apoc.vl.Spūs ⁊ ſpõſa dicūt veni. Et qui audit dicat veni.Et q̄ ſitit veniat ⁊ bibat.Et qui vult accipiat aquaꝫ vite gratis.Nota quō ſpūſſctūs dicit homini.Ueni ad paradiſum ⁊c.¶Tertia diſputatio fuit inter xp̄m ⁊ ap̄los hūiliter q꞉ dixerūt rabi manduca:⁊ poſuerūt aliquā menſam.Xp̄s aūt noluit comedere ſed rñdit dicēs.Ego cibū habeo māducare quē vos neſcitis. Dicit euāgeliſta ꝙ diſcipuli dixerūt adinuicē.ſ. inter ſe. Nunq̄d aliquis attulit ei manducare. Xp̄s autem declarās de quo cibo loq̄batur ait.Meus cibus eſt vt faciā volūtatē ei⁹ q̄ miſit me vt ꝑficiā opus ei⁹ ⁊c. Hec dicebat ꝓpter gētes q̄ veniebant de ciuitate:⁊ qñ vidit gentes cogitauit: opꝫ me p̄dicare:q꞉ nō dixit nolo comedere cibū:ſꝫ dixit.Habeo aliū cibū manducare.ſ.v̄bū dei:q꞉ nō in ſolo pane viuit hō:ſed in oi v̄bo qd̄ ꝓcedit de ore di Matt.iiij.Nota ꝙ ieiuno ſtomacho dꝫ fieri ſermo exēplo xp̄i.⁊ p̄dicauit illꝫ de ciuitate. O quō dulciter ⁊ remanſit ibi duob⁹dieb⁹:⁊ crediderūt ſibi intantum ꝙ dicebāt mulieri:q꞉ nō propter tuā loq̄lam credim⁹.Ipſi enim audiuim⁹ ⁊ ſcimus:q꞉ ipſe eſt vere ſaluator mundi:ſic eñ illuiauit nos.Ecce ergo ꝯcluſio hui⁹ diſputationis.Moraliter cib⁹ xp̄i eſt facere volūtatē dei patris.Iō faciam⁹ volūtatē ⁊ dabim⁹ei comedere:q꞉ multuꝫ placet ſibi iſte cib⁹.Uult cibū a prelatis qd̄ intrant per portā nō per ſimoniā.Secundo poſtꝗ̄ erunt int⁹ ꝙ plus curent de aiabus ꝗ̄ de redditib⁹. Deinde viuant de redditib⁹ ⁊ diuidant pauperibus:⁊ dēt bonū exemplū ⁊ bonā doctrinā.De iſto cibo ſatiatur deus.De dñis etiā tpalib⁹ vult cibū.ſ.ꝙ miniſtrent iuſtitiā tam paruo ꝗ̄ magno:tam pauperibus ꝗ̄ diuitib⁹ ⁊ nō differāt iuſtitiaꝫ ꝓpter pecuniā:fauorem:nō faciāt rapinas ſed cōtenti ſint de redditib⁹ ꝓprijs ſeruēt populū i pace.In religioſis vult quattuor cibos:⁊ de illis vult refici xp̄s ſcꝫ paupertatē ap̄licā : caſtitatē euāgelicā:obedientiā generalē : obſeruantiam cerimonialē.Et de ſacerdotib⁹ vult tres cibos.ſ.deuote officiari:digne celebrare honeſte ꝯuerſari.ſ.Ti.iij. Opꝫ illum teſtimoniū habere bonū ab his q̄ foris ſunt:vt nō in opprobriū icidat . De laicis vult duos cibos ⁊ ſufficit.ſcꝫ articulos fidei ⁊ obſeruantiā p̄ceptoꝝ dei. Et finaliter dicet vobꝫ i iudicio illud.Mat.xxv. Uenite bñdicti patris mei ⁊c.ſ.de cibis ſupradictis:⁊ ſic ſemp eritis cum xp̄o in menſa glorie. de qua ipſe dixit. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater me⁹ regnū vt edatis ⁊ bibatꝫ ſup menſaꝫ meā in regno meo:hic ꝑ grām ⁊ in futuro per gloriam.Luce.xxij.

¶Sabbato poſt oculi. Sermo vnicus.

VAde et iā amplius noli peccare.Scribit hoc originaliter.Jo.viij.recitatiue in euāgelio hodierno.Unde iſtud ſanctū euangelū cōtinet determinationē vnius malitioſe q̄ſtionis ⁊ calumnioſe q̄ facta fuit ꝑ iudeos xp̄o vt poſſent ipſuꝫ capere in v̄bis ⁊ accuſare eum tanꝗ̄ fractorem legis. Dic euāgeliū de iuuene muliere maritata:q̄ cōmiſit adulteriū credens peccatuꝫ eſſe occultū:ſed diabolus q̄ eā fecit peccare diſcooperuit:⁊ fuit inuenta in adulterio ⁊ ſtatim iudei ⁊ phariſei inimici xp̄i duxerūt eam ad xp̄m actu in populo predicantem.Cui dixerunt corā populo.Magiſter:mulier hec modo deprehenſa eſt in adulterio.in lege autem moyſes māndauid nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis. ecce queſtio malitioſa ad quaꝫ xp̄s qui eſt ſapientia eterna reſpondit tripliciter.

Prima reſponſio fuit realis.
Secunda realis ⁊ vocalis.
Tertia fuit vcoalis tantum.

¶Et de tertia loquitur noſtrum thema cum dicit.Uade ⁊ iam ampli⁹ ⁊c . Et in his tribus conſiſtit totuꝫ euangeliuꝫ et noſter ſermo. ¶Primo ergo xp̄s dedit eis rñſioneꝫ realem facto tm̄ non v̄bis. Nam ſciens xp̄s ꝙ malitioſe dixerunt ſibi.Tu ergo q̄d dicis cogitātes exvna

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



parte xp̄i pietatē et miam: ꝛ ꝙ non da=
ret ſententiā mortis ꝯtra mulierē ex dul
cedine cordis lꝫ placeat ſibi qn̄ dn̄i ꝛ iu
dices faciūt iuſtitiā tn̄ ipſe in pmo aduē
tu nō venit iudicare neqꝫ cōdēnare: ſed
peccatores ſaluare. Joā.iij. Nō em̄ mi=
ſit de⁹ filiū ſuū in mūdū vt iudicet mūdū
ſed vt ſaluetur mūdus p ipm̄. Et ex alia
pte dicebāt. Si ipſe defendit malas mu
lieres ppl's q̄ audit ipſuz habebit odio:
qꝛ ſūt zelotipi de ſuis vxorib⁹: ꝛ nos ha
bebim⁹ occaſionē ꝯ ipm̄: qꝛ facit ꝯ legez.
Ecce q̄ſtio venenoſa. Ad quā xp̄s rn̄dit
facto nō ꝟbo: qꝛ ieſus inclinās ſe deor=
ſum digito ſcribebat in terrā. Et in his
verbis ſex ꝯprehendunt rn̄ſiones. Pria
dū dixit ieſus. Nā ieſus eſt ꝟbū eternuz
dei pr̄is: ꝛ nō eſt ꝟbū trāſitoriū ſicut nr̄z
qd̄ pferk in ore: et illd̄ ꝟbū de⁹ pr̄ ſcri=
pſit in pargameno ꝟgineo .ſ. in vētre vir
ginis marie: qꝛ ꝟbū caro fctm̄ eſt. Jo.j.
Et ideo dꝛ. Dixit dn̄s ad me: ſume tibi li
brū grādē ꝛ ſcribe in eo ꝛc. Eſa.viij. Li=
ber eſt virgo maria maior celo et terra
de q̄ dicit btūs Bern̄. O vēter capacior
celo qꝛ quē celi cape nō poterāt tuo gre
mio ꝯtuliſti. Et i hoc libro ſcripſit de⁹ pa
ter ꝟbū eternū qn̄ ꝟgo ꝯſenſit angelo di
cens. Ecce āncilla dn̄i: qn̄ ꝟbū aſſumpſit
humanitatē vt nos ſaluaret ꝛ non vt cō
dēnaret. Et iō fili⁹ dei non venit aīas p
dere ſꝫ ſaluare: vt dꝛ Lu.ix. Scd̄a rn̄ſio
eſt dū dixit inclinās ſe: in quib⁹ rephen
dit eos. Nā q̄libet iudex in ꝯdēnādo ſe
dꝫ inclinare .ſ. habendo ꝯpaſſionē de cō
dēnatis. Nō em̄ dꝫ velle aliorū ꝯdēna=
tionē: ſed eoꝝ ſaluationez: ꝛ iō dꝫ incli=
nare corp⁹ ſuū p ꝯpaſſionē. Sicut ille q̄
vult leuare illū q̄ cecidit inclinat ſe: al's
nō bn̄ poſſet leuare. Rō eſt beati Greg.
Jō xp̄s inclinauit. q.d. ſic vos q̄ eſtis p̄=
dicatores ꝛ ſupiores debetis inclinare
ꝯpatiendo huic mulieri quā accuſatis ꝛ
confunditis. Tertia reſponſio eſt in ver
bo deorſum: qꝛ iudices habent duo: qꝛ
deſurſum hn̄t diuinā poteſtatem: vt con
dēnare alios iudicare ꝛ abſoluere. Sed
deorſum hn̄t pctā ꝛ vitia prōptitudinez
ad mala: qꝛ illa eos ponunt deorſuz. Si
tu ergo ꝯdēnas aliquē de adulterio: co=
gita ſi tu idē feciſti: ꝛ ſic deorſuz reſpice
ad ppria peccata ꝛ tūc ꝯpatiaris illi qui
condēnatur. Jdē dicim⁹ de furto ꝛ ho=
micidio: ꝙ illi iudei erant multū in illo
pctō inuoluti. ꝛ iō voluit xp̄s ꝙ ipſi cogi
tarēt de pctis ſuis: ergo inclinauit deor
ſum ꝛc. Quarta rn̄ſio eſt in digito: quia
ſcribebat digito fodiēdo in puluere ꝛ fe
cit ſulcos indice: ad demonſtrandum ꝙ
ꝯdēnatio nō dꝫ ſic fieri ſummarie: ſed cū
bono pceſſu: ꝛ ꝙ bene inq̄rak an vex eſt
crimē de quo accuſak: ꝛ viſis et exami=
natis bn̄ teſtib⁹: ꝛ ſm̄ acta et pbata. Jtē
de pſonis teſtiū ꝛ de tpe loco ꝛ die iuxta
ꝟbū dn̄i ad moyſen dicentis. Quere ſol
licite et diligenter rei veritate pſpecta: ſi
inueneris certū eſſe qd̄ dꝛ ꝛ abominatio
nē ope ppetratā ſtatim pcuties. Deute.
xiij. Et iſti non tenebāt modū iſtum. Jō
xp̄s in hoc ipos rephendit. Quinta rn̄=
ſio qꝛ ſcribebat i terrā ad ſignādū ꝙ ſen
tentia mortis non dꝫ dari ſic ſummarie
ſed in ſcriptis ꝛ cū debito pceſſu. Et iō
cōcordat ſanct⁹ Job di. Scribis em̄ cō=
tra me amaritudines et conſumere me
vis pctis adoleſcentie mee. Job.xiij. qꝛ
in terra. Nā hieremias etiam vult illud
reducere ad memoriā dicens. Dn̄e oēs
q̄ te derelinquūt ꝯfundenk recedentes a
te in terra ſcribenk. Hiere.xvij. Sexta re
ſponſio ſcribebat q̄ in terra non in celo
Nam ibi noīa iuſtoꝝ ſcribunk. Et iō dꝛ.
Gaudete ꝛ exultate: qꝛ noīa vr̄a ſcripta
ſunt in celis. Lu.x. Sꝫ pctōres ſcribunk
in inferno q̄ ſcripſit in terrā volēs eis re
ducere ad memoriā ꝟbū hieremie. Dn̄e
oēs q̄ te derelinquunt in terra ſcribenk.
Rō: qꝛ derelinq̄rūt venā aquaꝝ viuen=
tiū dn̄z: qꝛ ſicut p aqueductū aq̄ venit de
fonte: ſic p xp̄z p aqueductū venit aqua
grē dei. De illo fonte dꝛ Eccl'i.j. Fōs ſa
pientie ꝟbū dei in excelſis. Pꝫ ergo rn̄=
ſio pma q̄ fuit ſolū facto. Sed moraliter
videam⁹. Nā dꝛ in euāgelio ꝙ in auro=
ra xp̄s venit in montē oliueti ꝛ pdicauit
populo. Sic faciam⁹ nos quotidie dum
ſumus hic in iſta vita. Nā venimus ad
mōtē oliueti: hoc eſt ad miſſam: qꝛ mōs
eſt. Nā miſſa eſt alti⁹ op⁹ ꝯtēplationis
qd̄ poſſit eſſe: ꝛ iō pſbyter tenet manus
eleuatas q̄ſi ad mōtē volādo. Et iō di=
cit. Surſuz corda. dicit ppl's iā. Habe=
mus ad dn̄m. Quare dꝛ oliueti: eo qꝛ ibi
eſt multū oleū. Et ideo in miſſa abun=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



dantia xp̄i magis in nos influit ⁊ abun
dat ⁊ ſicut xp̄s ꝺ mane ibat illuc ſic nos
et totus popul⁹. Et ſicut nos p̄mo dici-
mus miſſaȝ ſic ip̄e dicebat miſſaȝ ⁊ poſt
miſſam p̄dicabat. Et iō iſte eſt nr̄ mod⁹
vt videtis quotidie: qm̄ plus valet vnus
ſermo poſt miſſam ꝙ̄ tres ante miſſam.
Et iō ap̄li tenuerunt iſtuȝ modum. Nā
iſta eſt vita apoſtolica. Et talē vitā tene
bat ꝟgo maria: ⁊ ſancta maria magda-
lena cū alijs ſororib⁹: et iſtā teneat̄. Jō
ſctūs paulus dicit. An experimētū q̄rit̄
eius q̄ in me loq̄t̄ xp̄s q̄ in vob̄ non in-
firmat̄: ſed potēs eſt i vobis. ij. ad Cor̄.
xiij. Ecce ergo h̄ p̄mā moralitatē: q꞉ ha-
betis ꝯſolationē vos ⁊ ego tenēdo ⁊ ſer
uando modū ⁊ vitā xp̄i. Scd̄a q̄ſtio mo-
ralis eſt q̄re hec mulier debebat lapidari
⁊ q̄d iſta mulier ſignificat. Et dico ꝙ iſta
mulier ſignificat aīaȝ peccatricē huma-
nā q̄ dereliq̄t maritū ſuū xp̄ȝ ⁊ acceſſit p̄
pct̄m ad aliū nō maritū. ſ. diabolū: q꞉ q̄-
libet aīa in baptiſmo eſt deſpōſata xp̄o.
Et iō ſicut ſi vn⁹ rex cui multe mulieres
magni gn̄is offerēt̄: ⁊ tm̄ ipſe duceret fi-
liā alicui⁹ agricole pauperis: et illā de-
ſponſaret magnū honorē ei faceret. Jta
eſt in nobis q꞉ rex celi ieſus xp̄s eſt ama
tor aie cuiuſlibȝ xp̄iani q̄ eſt filia agrico
le: q꞉ oēs ſum⁹ filij ade q̄ erat agricola:
et hoc ꝓp̄t pulchritudinē ei⁹: q꞉ ſi tu vi-
deres vnam aīam ſine turpitudine ⁊ ma
cula pcti tranſires ſic mile ānis ꝙ nūq̄ꝫ
velles comedere nec bibere. Et iō dicit̄.
Si ignoras te o pulcherrima iter mulie
res egredere ⁊ abi poſt veſtigia greguȝ
tuoꝝ: ⁊ paſce hedos tuos iuxta taberna
cula paſtoꝝ. Cant. j. Et hanc aīam cu-
iuſlibet xp̄iani ſibi xp̄s deſpōſauit in ba
ptiſmo. Oſee. ij. d꞉. Sponſabo te mihi in
ſempiternū: ⁊ ſponſabo te mihi in iuſti-
cia ⁊ iudicio: ⁊ in mīa ⁊ miſerationib⁹.
Et ſpōſabo te mihi i fide: ⁊ ſcies q꞉ ego
dn̄s. Et dicit ter ſpōſabo: q꞉ tria fiunt in
baptiſmo. Catecim⁹ q̄ ſignificat inſtru-
ctionē. Scd̄o fit exorciſm⁹. Tertio bapti
mus q̄ ſignificat mia꞉: q꞉ voluit deſpon
ſari ale. Nā d꞉. Nuſq̄ꝫ em̄ angelos ap̄p̄
hēdit: ſꝫ ſemē abrae app̄hēdit. ad Heb.
ij. Et iō bn̄ dȝ eē fidelis talis aīa. Sicut
filia talis agricole multū peccaret ſi eēt
infidelis ſuo marito accedēdo hincinde

per lupanaria. ſic etiā q̄n hō peccat di-
mittit ſponſum ſuū et adulterat̄ cū dia-
bolo. verbi gratia. Si tu te das peccato
ſup̄bie vadis ad infernū cū vno diabolo
qui vocat̄ leuiathā qui tentat de pecca-
to ſuperbie et dimittis xp̄m qui eſt hu-
milis et fuit. Jtē ſi tēdit aīa ad lupanar
auaricie ſi eſt homo auar⁹ faciendo vſu
ras: vadit cū vno demone. ſ. māmona q̄
tētat de peccato auaricie. Jtē ſi de pecca
to luxurie: tunc vadit cum vno demone
q̄ vocatur aſmode⁹: qui tentat de pct̄ō
luxurie. Jtē de inuidia: ⁊ vocat̄ iſte beel
zebub. Nam iſte tentat de pct̄ō inuidie.
Si per gulā ad beelphegor. Si per iraȝ
recedas a patientia ⁊ a xp̄o: vadis ad
baalberith. Si p̄ accidiā vadis ad vnū q̄
vocatur aſtaroth. Et iō d꞉. Tu fornica-
ta es cū amatorib⁹ ml̄tis. Hier̄. iij. Adul
tera ſm̄ legē debebat lapidari. Quid er
go mereret̄ talis hō niſi ſm̄ legē vt lapi
det̄. Nā lapidatus multis vulnerib⁹ p̄-
cutitur. Jta punit̄ in omnib⁹ anima dā-
nata: q꞉ angeli ⁊ oēs ſcti ⁊ elementa la-
pidāt eā dicētes. Dānet̄. Jō d꞉ Sap̄. v.
Accipiet armaturā zelus illius ⁊ arma-
bit creaturam ad vltionē inimicoꝝ ⁊c.
et pugnabit cū illo orbis terrarū ꝯ inſen
ſatos. Caueat ergo quilibet: ſicut q̄libet
mulier eēt ꝯfuſa ſi dimitteret viꝝ ſuuȝ ⁊
ita eſt de aīa. Et ecce p̄mā p̄tē q̄ eſt rea-
lis xp̄i r̄n̄ſio. Scd̄a r̄n̄ſio fuit realis ⁊ vo
calis ꝯiunctim re ⁊ ꝟbo. Nā cū d꞉. Cum
ergo p̄ſeuerarēt iterrogātes: erexit ſe et
dixit eis. Qui ſine pct̄ō eſt vr̄m: p̄mus in
illā lapidē mittat. Et iteꝝ iclinās ſe ſcri
bebat i terrā. Audiētes aūt hec vn⁹ poſt
aliū exibāt incipientes a ſeniorib⁹ ⁊ re-
māſit ſol⁹ ieſus et mulier in medio ſtās.
Nota d꞉ ꝙ cū xp̄s ſtaret ſit inclinat⁹ iu
dei nō erāt ꝯtenti de eius r̄n̄ſione: ⁊ vo-
lebant ꝙ ꝟbo diceret vt poſſent eū accu
ſare: ⁊ p̄ſeuerabant interrogantes: ⁊ tūc
ſurrexit xp̄s ⁊ dixit eis. Uos dicitis ꝙ
iſta mulier ꝯmiſit adulteriū: ⁊ in poſteꝝ
dicitis ꝙ dȝ lapidari: ⁊ vultis ꝙ dicam
q̄d mihi videt̄ faciendū. R̄n̄derunt ita.
Tūc dixit ieſus. Dico ꝫ ꝙ q̄s vr̄m q̄ eſt
ſine pct̄ō mittat p̄mū lapidē. Et iteꝝ in-
clinauit ſe ⁊ ſcripſit. Et q̄d ſcripſit? R̄n̄-
ſio. Opiniones ſunt ſed meli⁹ videt̄ di-
cēdū ꝙ ſcripſerit illud quod dixerat ver

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



bo.ſ.qui ſine peccato eſt. Et ita habemus nos in vna antiphona que hodie dr ad Bñdict⁹. Inclinauit ſe ieſus ꝛ ſcribebat in terram qui ſine peccato eſt veſtrũ prim⁹ in illã lapidẽ mittat. In qua ſcriptura ꝟtute diuia qlibet eorũ vidit clare oĩa ſua peccata q̃ vnq̃ fecerat: vt dicit glo. ordinaria: ꝛ ex verecundia recedebant vnus poſt alium timẽtes ne populus videret peccata eoꝝ et lapidarentur ibi. iõ inclinato capite recedebãt: et xp̃s remãſit ſol⁹ cũ muliere ꝛ pplo ꝛ cuꝫ diſcipulis ſuis in medio ſtãs. Ecce ergo rñſionẽ ieſu xp̃i facta re et verbo. Sꝫ modo videam⁹ hic moraliter qd ſignificat ꝙ xp̃s bis ſe inclinauit: ꝛ in p̃ma inclinatione nõ oſtendit pctã iudeis: ſꝫ bñ in ſcda inclinatione. Queritur ergo circa hoc qd ſignificant iſte due inclinationes. Et rñdeo ꝙ iſte due inclinatiões ſignificant duos aduentus. Et p̃mus eſt qñ fuit incarnatus. Scd̃s eſt vel erit in die iudicij. Et inter hos duos aduent⁹ eſt magna differentia. In p̃mo nõ reuelabat hoĩbus niſi pctã notoria: et illa reprehendebat dicens. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite. mat. xxiij. Et de iſta prima inclinatiõe dr in p̃s. xvij. Inclinauit celos ꝛ deſcẽdit: ꝛ caligo ſub pedib⁹ ei⁹. Et iſti celi q̃s iclinauit ſignãt duas altitudĩes celeſtes. Et p̃ma fuit inclinãdo ſe de eternitate ad incarnationẽ aſſumendo tpalitatẽ: qꝛ accepit initium vſq ad terminũ ſue paſſiõis. ſ. ſpaciũ. xxxiij. annorũ. Itẽ inclinauit ſuã infinitatẽ: qꝛ in vno vẽtre vnius puelle fuit cõcluſus: et hoc in die incarnationis qñ virgo maria dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſm verbum tuũ. Lu. j. Itẽ alia ſua altitudo eſt impaſſibilitas: quã inclinauit: nã habebat frig⁹: calorẽ ꝛ ſentiebat dolores ꝛ multa alia. Itẽ inclinauit habitationeꝫ celeſtẽ ad iĩma. ſ. a preſepe: ꝛ ſic de multis alijs. ꝛ iſto mõ inclinauit celos: ꝛ iõ dr. Et caligo ſub pedibus eius. Caligo ſiḡt pctã hoim. Et iſta ſicut in prima inclinatione nulli iudeorum reuelauit ſua pctã ita etiã nec in primo aduentu. Sed in ſcda inclinatiõe reuelauit eis peccata et ſignificat ſcd̃ꝫ aduẽtũ. ſ. diẽ iudicij: qꝛ tũc nõ occultabit: ſꝫ manifeſtabit oĩa pctã. Ad modũ illi⁹ q̃ ponit̃ in ſcala ad portã eccl'ie cũ charta in fronte: ꝛ q̃libet poteſt legere crimia q̃ fecit. Sic tunc in iudicio vn⁹ hõ videbit bona ꝛ mala oĩꝫ q̃ fecerunt. ꝛ hoc vt ab oĩb⁹ approbetur ſnĩa iudicis p̃miationis vel punitionis: vt dicit doctor ſanct⁹ in q̃rto ſcripto. di. xliij. ar. v. q. ij. ꝛ. iij. vide ibidẽ multa pulchra de hoc: qꝛ niſi homo ſciat merita vł demerita nõ põt approbare ſnĩam iudicis. Apoc. xx. Iudicium ſedit ꝛ libri apti ſunt et iudicati ſunt mortui ex his q̃ ſcripta ſunt in libris ſm opa eoꝝ. Et tunc multi q̃ apparent boni apparebũt tunc mali. Dic de quolibet ſtatu. Nam tunc qñ boni reſpicient malos dicent. Ille videbatur bonus hõ ꝛ miſericors: ꝛ ſecrete faciebat vſuras. Apparebat caſt⁹ et honeſt⁹. ꝛ erat luxurioſus ꝛ inhoneſtus. Itẽ faciebat tanta bona: ꝛ iſta oĩa faciebat ꝑ hypocriſim ꝛ vanam gl'iam: ꝛ ſic de alijs. Nã ibi apparebunt oĩa. Un̄. j. Cor. iiij. Ueniet dñs q̃ illuminabit abſcõdita tenebrarũ: ꝛ manifeſtabit ꝯſilia cordiũ. Et de iſta inclinatiõe loq̃tur dauid. p̃s. cxliij. Dñe inclina celos tuos ꝛ deſcende: tãge mõtes ꝛ fumigabũt. Fulgura coruſcationẽ ꝛ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas ꝛ cõturbabis eos ꝛc. dicit celos ꝛ hoc ꝑpter celeſtes q̃ oẽs deſcendẽt in iudicio cũ xp̃o. Et dicit. tãge montes. Qꝛ in die iudicij nõ ſolũ ciuitates: ville: caſtra: ꝛ domos: imo etiã mõtes vrent̃. Et iõ noĩat mõtes: qꝛ ſunt fortiores in hoc mũdo: ꝛ ita infumigabunt ſicut ſtupa ꝓpe ignẽ ꝛc. ꝛ ſignificant noticiã quã q̃s habebit de pctõ alterius. Emitte ſagittas. i. rep̃henſiões: ꝛ cõturbabis eos: qꝛ ꝯfundent̃. Ecce ergo hic duos aduẽtus ieſu xp̃i. Et ſi forte aliq̃s vellet dicere: ꝛ nõ erit aliqd̃ remediuꝫ ꝙ pctã ſic nõ videant̃. Dico ꝙ ſic. Et dabo tibi vnũ velũ qd̃ hꝫ quattuor angulos: et ſi illud vis accipere: oĩa pctã tua erũt tecta ꝛ ſecreta: intm̃ ꝙ nullũ pctm̃ apparebit in ꝯfuſionẽ tuã. Et noiat̃ pnĩa. Et primus angul⁹ eſt vt habeat cõtritionẽ et dolorẽ de pctis. Scd̃s vt habeat voluntatẽ nõ redeũdi. Terti⁹ eſt ꝯfeſſio: vt qd̃ magis turpe eſt pctm̃ melius dicat̃. Quart⁹ eſt vt teneat pnĩam ꝯfeſſoris. Et q̃ iſtud velũ habebũt eoꝝ pctã non apparebũt nec videbunt̃ in verecũdiã illa



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



die. Probaꝛ in p̄s. Beati quoꝝ remiſſe
ſunt iniquitates: ⁊ quoꝝ tecta ſunt pctā.
Remiſſe. ſ. in ꝯfeſſiōe ⁊ erūt tecta: ⁊ ſi iſtō
velū hic in iſto mūdo nō habetis in alio
ſeculo non habebitis remiſſionē. ecce er
go hic reſponſionē v̄balē ⁊ realē. Tertia
reſponſio fuit vocalis tm̄. cū dr̄ in euāge
lio. erigēs aūt ſe ieſus dixit mulieri. Mu
lier vbi ſunt q̄ te accuſabant. Nemo te
cōdēnāuit. Que dixit. Nemo dn̄e. Dixit
ei ih̄s. Nec ego te ꝯdēnabo. Uade ⁊ am
pliꝰ noli peccare. cū illi ergo fuiſſent re-
manſit mulier ſola corā ieſu xp̄o. ſ. de ac
cuſantibꝰ. Nam bn̄ ppl'ſ erat ibi: ⁊ tunc
xp̄s dixit. Mulier vbi ſūt q̄ te accuſabāt:
et tunc dixit. nec ego te cōdēnabo: ſʒ am
plius noli peccare quaſi vellet dicere. tu
fuiſti decepta ꝑ diabolū ⁊ ꝓpriam fragi
litatē: iā ego remitto tibi pcm̄ noli pec-
care ampliꝰ: iſta mulier vt videtis fuit p̄
mo in ꝑiculo mortis ⁊ fuit liberata per
xp̄m. Scd̄o erat in ꝑiculo mariti ⁊ time-
bat ne forte occideret̄ ab eo: ⁊ poſſumꝰ
pie credere ꝙ ieſus xp̄s dixit ſibi ꝙ ipſe
poneret in corde viri ipſius ne faceret ſi
bi dānū aut malū aliqd̄. Tertio timebat
de vicinis ne diffamarēt eā: ⁊ qꝛ xp̄s hoc
modo ſoluit in p̄ntia ppl'i etiā ab hoc eā
liberauit. ⁊ ecce reſpōſionē v̄bo tm̄. Mo
raliter q̄ritur hic cū xp̄s abſoluit iſtaʒ ⁊
non dixerit niſi vade ⁊ ampliꝰ noli pec-
care: ⁊ non dedit ſibi pniam: q̄re hoc fe-
cit. Nā poſſet dicere aliq̄s ꝙ cōfeſſores
poſt abſolutionē nō debent dare pniaʒ.
Reſponſio: cōfeſſores dāt duplicē peni-
tentiā: Prima eſt ꝯ peccata p̄terita tan-
q̄ꝫ medicinā curatiuā: vt ſi pctōr pecca-
uit ꝑ ſupbiā. dāt ſibi in pniam humilem
orōnē. Si ꝑ auariciā. dāt ſibi reſtitutio-
nē: ⁊ ſic de alijs. Alia eſt pnia ꝓ pctis fu
turis tanq̄ꝫ medicina p̄ſeruatiua dicēdo
pctōri: ſi velit abſtinere a pctis: ⁊ ſi ſic ab
ſoluēdꝰ eſt pctōr: ⁊ hāc pniaʒ dedit xp̄s
mulieri di. Uade ⁊ iā amp. no. pec. Sʒ q̄-
re non dedit ei p̄mā pniam ꝓ pctō p̄ter-
to tāq̄ꝫ curatiuā. R̄n̄ſio: ꝓpter duo. Pri-
mo ꝓpter v'tem potentiā qꝛ potentia ie-
ſu eſt magna nec cōparanꝛ illi ꝯfeſſores
etiā pape. Nā papa pōt abſoluere a pe
na ⁊ culpa ⁊ ſine pnia: ſʒ alij nō p̄nt. ⁊ ſi
hoc pōt facere papa q̄ ē mortalis: quan
to plꝰ ſ̄ papa ieſus. Scd̄a ē ex clara xp̄i

ſcientia qui vidit confuſionem factā mu
lieri tam magnā ⁊ in tali loco quā ſum-
pſit patienter cū magna contritione. iō
ieſus xp̄s noluit ſibi dare aliam pniaʒ.
Sed nos nō habemꝰ iſtam ſcientiaʒ nec
potētiā. Jō daꝛ nobis alia pnia. ⁊ ideo
confeſſor dʒ dicere. Facite ergo fructꝰ di
gnos pnie: ⁊ ne ceperitis dicere p̄reʒ ha
bemꝰ abraā: qꝛ potēs eſt deꝰ de lapidibꝰ
iſtis ſuſcitare filios abrae. Jam em̄ ſecu
ris ad radicē arboris poſita eſt ⁊c. Luc.
iij. ⁊ dico ꝙ fructꝰ pnie eſt in triplici gra
du. Nam quidā ſunt p̄cepti a lege: ⁊ in
his talibus non eſt mediū: qꝛ in ablatis
tenetur quis reſtituere: ⁊ in hoc cōfeſſor
non pōt diſpenſare vt in factis. eſt autē
furtū vt dicit. ſ. Tho. ij. ij. q. lxvj. arti. iij.
vſurpatio bonoꝝ alterius vel cōtracta-
tio ꝯ voluntatē dn̄i et ideo non ſolū acci
pere eſt furtū: ſed etiam cōtractare. ⁊ iō
quia primū accepiſti furtū feciſti: ⁊ quia
ſecundo contractas iterum furtum com
mittis. Reſtitue ergo rem furatā ⁊ tunc
remittetur tibi peccatum. Nā nō dimit-
titur pcm̄ niſi reſtituaꝛ ablatū. de regu
lis. iu. lib. vj. ⁊ ſi forte nō habeas vn̄ re-
ſtituas ſufficit tibi ꝙ habeas volūtateʒ
reſtituendi: ſʒ in habēte eſt pcm̄ morta
le. Uēdas itaq̄ꝫ de bonis tuis etiā ſi ha-
bes dimittere de honore tuo al's ſi ha-
beres totā mūdi ꝯtritionē ⁊ nō reſtitue-
res: veniā nō haberes niſi dn̄s rē tibi ꝓ
longaret vel remitteret ad tui petitionē
vel reuelationē ⁊ ſi nō fuerit reuelatum.
vadat ꝯfeſſor ad illud petēdū. Dico er-
go ꝙ iſte fructꝰ pnie iā eſt p̄ceptꝰ a lege:
nec papa pōt in hoc diſpenſare. Aliꝰ eſt
fructꝰ ꝑ eccl'iaʒ ordinatus. ſ. ꝙ q̄s annua
tim ſemel cōfiteaꝛ in quadrageſima. Si
autē nō ꝯfitearꝭ peccas. ⁊ iō ſi diſpliceat
tibi peccaſſe ⁊ proponis ꝯfiteri ſuo tp̄e
ſcʒ quadrageſime extra pcm̄ es ⁊ lucra
ris indulgētias: ⁊ eſt ſtilꝰ curie ꝙ q̄uis
non ſis cōfeſſus: ſi intra decē dies confi
tearis lucraris indulgentias: ⁊ iō eſt ꝯſi
lium ⁊ bonum vt ꝯfitearis frequenter: ſʒ
nō tenearis niſi in quadrageſima. Ter-
tiꝰ fructꝰ eſt quē dat ꝯfeſſor: ⁊ iſte eſt ar
bitrariꝰ q̄ ad qualitatē qꝛ pōt eē vel ieiu
niū vel orō v'l aliquid huiuſmodi. Faci
te ergo fructꝰ dignos penitentie. ⁊ vade
iam ampliꝰ noli peccare qd̄ fuit thema.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



¶Dñica.iiij.in quadrageſima. Ser.j.

Colligite que ſuperauerũt fragmẽta. Jo.vj.⁊ officialiter in euãgelio hodierno. Vñ hoc ſciẽ euã geliũ hodiernũ de quo p̄dicaturꝰ ſuꝫ facit mẽtionẽ cuiuſdã ſolẽdis ꝯuiuij qđ in deſerto fecit papa ieſus xp̄s.⁊ đr magnũ reſpectu faciẽtꝭ.ſ.xp̄i. Scđo reſpectu inuitatoꝝ:qꝛ apl̃i ⁊ multi alij. Tertio reſpectu eius de quo comederũt. Quarto reſpectu multitudinis. Nos tñ non fuimus digni eſſe in illo ꝯuiuio vt comederemus de illis magnis panibꝰ ⁊ ĩtegris qꝛ lꝫ diu ſcit ꝙ illud ꝯuiuiũ eſt celebratũ tñ adhuc remanẽt fragmenta in hiſtoria euãgelij ergo dicit xp̄s. Colligite ⁊c. Jta dicũt magni dñi ſeruitoribꝰ poſt prãdiũ ⁊ hoc dicit thema. Colligite que ⁊c. Nã poſtq̃ nõ fuiſtis in prãdio illo perquiratis mẽſam ⁊ iſta menſa eſt hiſtoria euãgelij ſiue euãgelicalis. Colligamꝰ ergo et incipiamus ab vno capite menſe ad aliud ⁊ reperiemus ſex fragmenta.

Primũ eſt obſeruantia penitẽtialis.
Secundũ eſt prudẽtia intellectualis.
Tertium eſt ordinatio regularis.
Quartũ eſt cõfidẽtia diuinalis.
Quintũ eſt miſericordia liberalis.
Sextum eſt beniuolẽtia virtualis.

¶Primo ergo tãgit obſeruãtia pnĩalis ſcꝫ facere pnĩam pro peccatis in capite mẽſe.i.hiſtorie euãgelij.ibi cũ đr. Abijt ieſus trãs mare galilee qđ eſt tyberiadis ⁊ ſeq̃bat eũ multitudo magna:qꝛ videbãt ſigna q̃ faciebat ſup his q̃ ĩfirmabant. Subijt ergo in mõtẽ ieſus ⁊ ſedebat ibi cũ diſcipulis ſuis: erat aũt primũ paſcha dies feſtus iudeoꝝ. Videamus vtrũ repiemus aliqđ fruſtũ panis bonũ. Nã dicit ꝙ tpe quo ieſus predicabat in terra ꝓmiſſionis: iuit de ciuitate in ciuitatẽ:de villa ĩ villã ⁊ ꝑ caſtra ⁊ loca:⁊ etiã interdũ ꝑ mare:⁊ plurima turba ſequebat eũ.⁊ hoc pluribꝰ rõnibꝰ. et prima rõ eſt ꝓpter charitatem ſpũalem: ⁊ hec eſt melior. Scđa ꝓpter deuotionẽ ieſu xp̄i ⁊ verboꝝ eiꝰ:⁊ nõ eſt mirũ. Nã illa verba exibãt de ore dei incarnati cũ magno ſapore in corda hoim. Alij ſeq̃bant eum ꝓpter neceſſitatẽ corp̃alẽ: vt infirmi:qꝛ curabat eos v̾bo ⁊ tactu ſicut ſibi placebat.⁊ iſtã tertiã rõnẽ tenet textus ibi: ſequebat eũ ⁊c. Alij ſequebant eũ ꝓpter curioſitatẽ mũdanã ſolũ: vt viderẽt miracula que faciebat. Alij ꝓpter malignitatẽ diabolicã vt phariſei: vt ſi aliqđ v̾bũ poſſet in eo rep̄hendi ⁊ iõ ſequebat eũ mł̃titudo magna.⁊ dicit textꝰ ꝙ erãt q̃nq; milia. Vꝫ dicit ſctũs matheus maſculi:⁊ ſic nõ cõp̄hendebantur mulieres neq; minores ⁊ pueri: ⁊ iõ poterant eſſe.x. vel.xx.milia ⁊ de his facit mẽtionẽ ſanctũ euãgeliũ qui erãt.xx.annoꝝ.⁊ vltra.qꝛ illi ſolũ numerabant: et ſic numerabant ĩ veteri teſtõ ſꝫ qđ habetur Nume.j.ij.⁊.iij.c. Et ieſus xp̄s ſedit in mõte. Sed videamꝰ vtꝝ reperiemus aliqđ fruſtũ ꝓ nobis:⁊ certe ſic. Nam ſi diſcoopiamꝰ mappas mẽſe reperiemus obſeruantiã pnĩalem ſeu pnĩam:qm̃ dicit euãgeliũ ꝙ ieſus xp̄s trãſiuit mare:⁊ poſt quieuit in mõte. Nã mare ſigñat penitẽtiã:qꝛ đr mare ab amaritudine quaſi amaꝝ. Et hoc eſt pnĩa:cuiꝰ opera ſunt oĩa amara. Et primũ in pnĩa eſt ꝯtritio. Et illa eſt amara: ꝑꝫ qꝛ nihil aliud eſt q̃ dolor de peccatis preteritis. Scđm in penitẽtia eſt ꝓpoſitũ habere ampliꝰ nõ peccãdi:⁊ hoc eſt amaꝝ:qꝛ eſt cõtra tuã malã ꝯſuetudinẽ. Tertiũ eſt ꝯfeſſor q̃ eſt amara. Nã amarũ eſt tibi ꝙ ꝯfeſſio q̃ te habebat ꝓ bono videat ⁊ cognoſcat tuã verecũdiã ⁊ infamiã. Quartũ eſt afflictio ſicut eſt ieiunare:ciliciũ portare v̾berare ſe cũ diſciplinis:⁊ ſitia:⁊ nõ dormire ĩ lecto. Nã oĩa iſta ſunt amara. Jtẽ in oratiõe. Nã ſicut ille q̃ eſt ĩ tormẽtis hꝫ manus eleuatas:lapis attrahit corpꝰ v̾ſus terrã:ita in orõne. Nam corpꝰ eſt lapis vt habet Sap̃.ix. Corpꝰ eñ qđ corrũpit aggrauat aiaꝫ: ⁊ terrena ĩhabitatio deprimit ſenſuꝫ mł̃ta cogitãtẽ ⁊c. Jtẽ dare elemoſynã durũ ⁊ amarũ eſt dãdo pauperibꝰ ⁊ reſtõnem facere de malis ablatis:parcere inimicis remittẽdo iniurias amarũ eſt. Sed cõicare qđ eſt vltimum dulce eſt:ſꝫ ꝓpter memoriã paſſiõis xp̄i vr̃ amarũ. Jdeo dixit deꝰ: cuꝫ eſſet agnꝰ comedẽdus:ꝙ comederẽt eũ:cũ lactucis agreſtibus. Exođ.xij. Concordat ſctũs Paulus dicens. Quotienſcunq; manducabitis paneꝫ hũc ⁊ calicẽ bibetis:mor



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tem dn̄i annūciabitis ꝛc.ſ.Coꝝ.xi.Ma-
re ergo ſignificat pn̄iaʒ.ꝛ dicit Eſa.i cā-
tico.dn̄e ſi ſic viuitur ꝛ i talibꝰ vita ſpūs
mei corripies me ꝛ viuificabis me: ecce
in pace amaritudo mea amariſſima ꝛc.
Eſa.xxxviij.Amara ē quo ad coꝛ.ſ.quo
ad contritionē:amarioꝛ quo ad os.ſ.ꝑ
ꝯfeſſionē:amariſſima quo ad corpꝰ.ſ.ꝗ
ad ſatiſfactionē faciēdā.Ecce ergo ma-
re.Sʒ illi q̄ trāſeūt mare cū xp̄o obtinēt
aſcēdere ad montē.i.ad celū:ꝛ aliter nō
poſſumus aſcēdere niſi per pn̄iam.Vi-
deat̄ ergo fructū penitētie. Et ideo da-
uid in ps.Dn̄i eſt terra:ibi. Quis aſcē-
det in mōtē dn̄i.aut q̄s ſtabit in loco ſan
cto eiꝰ.Rn̄det.Innocēs manibꝰ ꝛ mūdo
corde ꝛc.Iſtud ipſe dauid q̄rebat a ſuis
doctoribꝰ ꝛ rabinis: ſʒ rn̄dere neſcierūt
ſed ſpūſſanctꝰ rn̄dit di.Innocens.Et dr̄
aliq̄s innocēs tribus modis.Primꝰ mo
dus eſt ꝑ elemoſynā.Scd̄s ꝑ reſtitutio-
nē acceptoꝝ.Tertiꝰ ꝑ petitioneʒ venie.
Et iſti qui ſic faciūt ſunt innocētes ma-
nibus ꝛ mūdo corde.Et ēt ꝓpter alias
tres cās dicunt̄ innocētes.Prima eſt ꝓ-
pter ꝯtritionē. Scd̄a eſt ꝑ ſatiſfactionē.
Tertia eſt ꝑ remiſſionē.Ecce hoc ē pmū
fragmentū.ſ.pn̄ialis obſeruātia. Et de
iſta locutꝰ fuit dn̄s ieſus xp̄s dicēs:Pe-
nitētiā agite:appropinquabit eī regnū
celoꝝ.Mat.iiij.Et iſtud fruſtū reſerue-
tis:q̄ aliā viā nō habetis ad mōtē aſcē-
dēdi.Venio ad ſcd̄am partē in qua repe
rit̄ ſcd̄m fruſtū.ſ.prudētia itellectualis.
Et hoc cū dr̄.Cū ſubleuaſſet oculos ih̄s
et vidiſſet:q2 multitudo maxima venit
ad eū: dixit ad philippū. Unde ememꝰ
panes vt manducēt hi.Hoc aūt dicebat
tētās eū.Ipe eī ſciebat quid eſſet factu
rus.Rn̄dit ei.philippus. Ducētoꝝ de-
narioꝝ panes nō ſufficiunt eis vt vnuſ-
quiſq̄ modicū q̄d accipiat.Cū xp̄s ergo
ſediſſet ſubleuās oculos:q2 iaʒ tenebat
eos v̄ſus terrā.Et dicit circa hoc glo.ꝙ
tenere oculos ſic hūiles eſt ſignū ſapiē-
tie:ꝛ nō habebat illos volātes:mr̄is ſue
ſumēdo exēplū.de qua ſcriptura Cant.
iiij.loq̄t̄ di.Quā pulchra eſt amica mea
q̄ pulchra es:oculi tui colūbaruʒ abſq̄
eo qd̄ intrinſecꝰ latet.Et dr̄ bis pulchra
q2 nūq̄ vana cogitauit:nec ēt i corpe pec
cauit ꝛ in hoc ſimpl'r erat laudabilis q2
habebat oculos columbe q̄ ſemꝑ hʒ eos
depſſos.Nā alie aues multe hn̄t oculos
ad rapinā inclinatos.ꝛ iſti ſunt q̄ reſpi-
ciūt hinc ꝛ inde ꝛ ad feneſtras:ꝛ hoc eſt
ſignū rapie: tenete ergo oculos colūbe:
Et de hoc ſpūſſctūs laudat virginē ma-
riā dicens abſq̄ eo qd̄ intus latet.i.hu-
militate. Et ſubleuauit oculos ieſus et
vidit maximā multitudinē. Et pmo di-
xit magnā.iō q2 quinq̄ milia: ſed nume
rādo a.xx.annis ꝛ ſupra eſt maxīa:ꝛ di-
xit philippo.Un̄ ememꝰ panes ꝛc.Qua-
re ergo plus q̄ſiuit a philippo q̄ ab alte
ro.Dicut circa hoc doctores ꝙ ideo q2
ille inter alios ap̄los erat ſimplicioꝛ: vt
bn̄ patuit in eius rn̄ſiōe groſſa:q2 dixit.
Ducētoꝝ ꝛc.q.d.nō eſt remediū q2 ſi di
xiſſet.Dn̄e vos q̄ creaſtis ſydera ꝛ vni-
uerſa:vos poteſtis adhibere remediuʒ:
tūc fuiſſet ſubtilis.Et circa hoc eſt aliud
fruſtū panis qd̄ dr̄ prudētia intellectual'.
Nā ieſus xp̄s q̄ eſt eterna ſapiētia q̄ſi-
uit ꝯſiliū a philippo: cū tn̄ ipſe eſſet ſim-
plex ꝛ habes vt ꝑ locū a maiori arguere
mus q2 ſi xp̄s petebat ꝯſiliū ab hebete q̄
nō indigebat ꝙ nec nos vereamur ꝯſiliū
petere ꝓ veritate inq̄rēda:etiā a ſimpli-
cibꝰ. Nā al's ſupbia eſſet ex qua multa
ſequunt̄ dāna.Exēpluʒ. Nā quot male
ſn̄ie in mūdo dant ꝓpter verecundiā: q2
nō petūt cōſiliū ab antiquioribus.Item
etiā multi ſunt aduocati q̄ q̄n incipiunt
aliquā queſtionē:pmo debēt videre vtꝝ
eſt iuſta an nō:ꝛ querere ſuꝑ hoc ꝯſiliū:
ſed nō curāt ſed faciunt ꝙ poſtea in fine
poſt multa dāna ꝯueniūt partes cōpro-
mittendo ꝛ cōponūt ſe:exigētes tn̄ ſemꝑ
pecunias ab eis vſq̄ ad illud tp̄s: ꝛ ma
gnuʒ tn̄ de hoc habent peccatuʒ.Ita eſt
in notarijs qui ꝓpter verba impꝑtinētia
inſtrumēti faciūt cām ꝑdere.ꝛ hoc mul-
toties fit ꝓpter nō petere ꝯſiliū: ꝛ tenen
tur de dāno dato.Itē multi ſunt religio
ſi qui habēt p̄dicare ꝛ exeūtes de ſtudio
philoſophie incipiūt theologiā:ꝛ ꝓpter
verecundiā nō ſunt auſi petere cōſilium
ꝛ dicūt multos errores ꝛ incōuenientia
in ſermonibꝰ ſuis:ꝛ verba impropria et
ſcādaloſa.Semel quidā religioſus erat
predicaturus de trinitate:ꝛ voluit predi
care ꝑ queſtiōes:ꝛ formauit primo argu
mēta ꝯ̄ria veritati in pma ꝑte ſermonis

Esta reproduccion ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

bene triginta rõnes. Alij vidẽtes ⁊ au-
diẽtes ꝙ ꝑma pars fuerat ita magna re
cedebãt ꝓpter fatigationẽ: ⁊ ipſi rema-
nebãt in illo errore: ⁊ hoc ſibi ꝯtingebat
ꝓpter nõ petere ꝯſiliũ. Itẽ multoties in
cõfeſſoribꝰ q̇ in multis ſacramẽtis errãt
ꝓpter nõ petere ꝯſiliũ: ⁊ neſciũt qũo de-
bẽt abſoluere de excõicatione minori: et
qũo de maiori. Silr̃ cõtingit in medico
nõ intelligẽte bene radicẽ infirmitatis: ⁊
hoies ſic pereũt qꝛ nõ petijt cõſiliũ pro-
pter verecũdiã: ⁊ ponit magnũ pondus
aie ſue: multa eñ eueniũt ꝓpter nõ pete
re conſiliũ. Ideo ieſus xp̃s ab hebetiori
voluit petere cõſiliũ iuxta dictũ. Inter-
roga patrẽ tuũ ⁊ annũciabit tibi maio-
res tuos ⁊ dicẽt tibi. Deut. xxxij. Inter-
rogãdi nõ ſolũ maiores: imo etiã mino-
res. Vñ ſemel cõtigit vt quidã magiſter
magnus in theologia nõ poterat itelli-
gere vnũ punctũ ſacre ſcripture: ⁊ ꝓpter
hoc ieiunabat ⁊ orabat: ⁊ nõ potuit opta
tũ habere itellectũ: dubij quouſq̃ humi
liauit ſe: ⁊ vellet ire ad aliũ cã iformatio
nis: tũc eñ angelꝰ apparuit ſibi ⁊ eũ ple
ne de dubio inſtruxit. Ideo ſctũs Iob di
cit circa hoc. Interroga iumẽta ⁊ doce-
bũt te: ⁊ volatilia celi ⁊ indicabunt tibi.
Loquere terre ⁊ rñdebit tibi: ⁊ narrabũt
piſces maris. Iob. xij. Et h̄ nominat q̃t-
tuor ꝯditiones perſonaꝝ dicẽs iumẽta.
Iſte ſunt pſone actiue. Aues vo ſũt per-
ſone cõtẽplatiue. Tertia vo cõditio ſunt
agricole. Piſces oẽs xpiani q̇ de aquis
baptiſmi ſunt educti. Et ideo quando-
cũq̃ reuelas dicta tua ꝓpter humilita-
tẽ alicui homini: tũc deus te illuminabit
⁊ ſcies illud de quo dubitabas. Ecce hic
ergo ſcdm fruſtũ. ſ. prudẽtia intellectua
lis. Sequit̃ tertiũ fruſtũ in quo ſtat ordi
natio regularis. vt. ſ. quilibet ſeruet re-
gulã ⁊ ordinẽ viuẽdi. Et hoc oſtendit̃ in
tertia pte euãgelij: cũ dr̃. Dicit ei vnꝰ ex
diſcipulis eius andreas frater ſymonis
petri. Et puer vnꝰ hic q̇ hꝫ q̈nq̃ panes
ordeaceos et duos piſces: ſed hec quid
ſunt inter tantos. Dicit ergo ieſus: faci-
te hoies diſcũbere. Erat aũt fenũ multũ
in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero
quaſi q̈nq̃ milia. Vide cũ philippus rñ-
diſſet. Andreas dixit. Hic i ſocietate eſt
puer q̇ hꝫ q̈nq̃ panes ordeaceos ⁊ duos
piſces. Sꝫ q̇d hoc erit iter tãtos. q. d. di
mittamus ꝓ nobis. Sꝫ ieſus xp̃s voca-
uit vt oẽs diſcũberẽt ⁊ fuert̃ bñ. v. milia
q̇ ſederũt. Et hoc declarat ſcũs Marcꝰ.
vj. c. q̇ dicit ꝙ ſederũt ꝑ cẽtenos ⁊ q̈nqua
genos. ſ. qꝛ ad vnã ptẽ hoies maiores
⁊ ad aliã ptẽ minores: ⁊ fuerũt ordinati
ꝑ cẽtenos in lõgũ. ⁊ ſedebãt ſuꝑ fenũ vt
poſſent trãſire mõ ſulcoꝝ ⁊ ꝑ trãſuerſuꝫ
erãt quinquaginta: ⁊ ita de mulieribꝰ ⁊
minoribꝰ: ⁊ iſto mõ fuerũt ordiati iuxta
illõ. Que a deo ſunt ordiata ſunt. Itaq̃
qui reſiſtit ptãti: dei ordinationi reſiſtit.
Qui aũt reſiſtũt ipſi ſibi dãnationẽ acq̃
rũt. ad Ro. xiij. Sed q̃rit̃ quare ieſus no
luit vt comederet donec fuerũt ordinati
cũ tñ in ordinatiõe multã morã fecerũt.
Rñſio ꝙ hoc ẽ fruſtũ abſcõſuꝫ ĩfra map
pas: ⁊ eſt ordinatio regularis: qꝛ ſi volu
mus ꝙ deꝰ ꝓuideat cõitati: opꝫ ꝙ ſit or-
dinata. Et ita de oĩ mõaſterio religioſo
rũ de oĩ caplõ ⁊ collegio: ẽt q̇libet in do-
mo ſua ſit bñ ordiatꝰ. Exẽplũ ſi rectores
alicuiꝰ vniuerſitatis tpe ſiccitatꝭ volunt
ꝙ deus det eis pluuiã ſuo loco ⁊ tpe or-
dinẽt ciuitatẽ locũ vel villã: vt non ſtent
leproſi cũ alijs ſanis nec meretrices ſtẽt
cũ bonis mulieribus: nec iudei cũ xpia-
nis. Itẽ ꝙ nemo audeat diebꝰ dñicꝭ ⁊ fe
ſtis laborare. Et ſic poſtq̃ hoc eſt ordi-
natũ tũc deꝰ ꝓuidebit illis. Itẽ q̄ eſt rõ
quare plures ꝯuẽtus religioſoꝝ moriũ-
tur ⁊ pereũt fame: qꝛ iter eos nõ eſt ordi
natio q̄ cõſiſtit in paupertate: caſtitate:
obediẽtia ⁊ in alijs cerimonijs. Ita di-
camꝰ de capellanis: qꝛ in ordine ſuo di-
cere deberẽt matutinas ⁊ als horas ca-
nonicas: ⁊ deuote orare. Nã quilibꝫ ſcit
ſuũ ordinẽ. Nõ ꝙ ſemel oret in aurora: ⁊
ſemel genibꝰ flexis: ⁊ ſemel nõ: ſꝫ accipiẽ
do horas ꝑ ordinẽ: nõ accipiendo inter-
uallũ nec induendo ſe. Nã benedictus
eſt ergo qui vitã habet ordinataꝫ iuxta
verbũ. Omnia honeſte ⁊ ſm ordinẽ fiãt
in vobis. j. Coꝝ. xiiij. Benedictꝰ eſt er-
go xpianus: religioſus: pſbyter: vel aliꝰ
qui totũ tp̃s tenet ordinatũ: ⁊ iſtis ꝓui-
det deus. Et habetis fruſtũ bonũ qđ eſt
ordinatio regularis. Quartũ fruſtuꝫ eſt
cõfidentia diuinalis: ſcꝫ in oĩbus neceſ-
ſitatibꝰ ⁊ periculis confidere de deo qꝛ
lꝫ amici ⁊ parẽtes deficiant in pecunia:



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tñ de⁹ nõ deficit ĩ necessarÿs. Et hoc fru
ſtũ inuenit in mẽſa.i.ĩ euãgelio ibi. Acce
pit ergo ieſus panes ⁊ cũ gratias egiſſet
diſtribuit diſcũbentib⁹: ſil'r ⁊ ex piſcibus
quãtũ volebãt. Nã qñ ieſus xp̃s hoĩes
vidit ordinatos accepit panes ⁊ piſces:
⁊ tenẽdo in manib⁹: ⁊ oculis ad celũ ele
uatis: tũc bñdixit ⁊ dedit diſcipulis: ⁊ di
ſcipuli dederũt oĩbus intãtũ ꝙ oẽs ſa=
turati fuerũt: ⁊ ſemꝑ victus multiplica=
bant. Et hoc fuit factũ trib⁹ modis. Pri
mo inter man⁹ xp̃i frangẽtis. Scd̃o mõ
creſcebat in gremÿs apl'oꝝ miniſtrãtiũ.
Tertio iter dẽtes comedẽtiũ. Ecce ergo
quõ multiplicati ſunt ⁊ ſaturati fuerũt.
De quo ſapore dico vobis ꝙ nullus pa
nis fuit ita ſuauis ⁊ ſapidus. Qm̃ regu=
la eſt ĩ theologia. ꝙ ꝗcq̇d ieſus faciebat
miracl'oſe p̄ualebat: eo qđ fiebat ꝑ natu
rã. Ita cũ reſtituebat viſum vel dando
ſanitatẽ ⁊ qñ fecit de aq̃ vinũ in nuptÿs
architriclini: ⁊ forte q̄reret aliq̇s an ali=
q̇d biberũt. Nã certũ eſt ꝙ itinerãtes et
feſſi ſi multũ comedũt ⁊ nõ bibũt magna
eſt paſſio ⁊ pena. Sed euãgeliũ nullã fa
cit mẽtionẽ de potione. Habemus tñ di=
cere ne prãdiũ videaꝛ imperfectũ: qꝛ dei
ꝑfecta ſunt opa. Deut. xxxij. ꝙ biberũt:
⁊ ꝙ illi panes ⁊ piſces fuerunt ſimul ci=
bus ⁊ potus. Nã nõ legiꝛ ꝙ eſſet ibi vi=
nuʒ neqꝫ fons. Nec videꝛ rõ ꝙ habuiſ=
ſent ire ad fontẽ: qꝛ tũc eſſet ibi inordina
tio. Qđ autẽ panes ⁊ piſces erant ſimul
cib⁹ ⁊ pot⁹: trahiꝛ ex duob⁹ paſſibus bi
blie. ſ. Exo. xvij. ⁊ Nume. xx. vbi dꝛ ꝙ fi=
lij iſrael habebãt in deſerto quid come=
derẽt ſʒ nõ quid biberẽt quare ipſi mur=
murabãt cõtra moyſen. Qui orauit deũ
⁊ de⁹ dixit ſibi ꝙ cũ baculo ꝑcuteret ſa=
xum ſeu rupẽ ⁊ fecit ⁊ exiuit flumẽ aque
viue. Iſta petra erat xp̃s. j. ad Coꝝ. x. et
ſignificauit qđ petra.i. xp̃s daret eis ad
bibẽdũ. Sic ẽt de pane ⁊ piſce exibat li=
quor q̇ refocillabat comedẽtes. Nam ſi
de petra in qua nullus liquor erat exi=
bat aqua: quãto ergo plus de pane. Et
hoc fuit figura cõicandi ⁊ tñ dicũt laici.
Uos clerici decipitis nos: qꝛ datis no=
bis dũtaxat corp⁹ xp̃i: ſed nõ datis no=
bis de ſanguine. Sʒ nõ eſt veꝝ imo da=
mus vobis de ſanguine: qꝛ in hoſtia cõ=
ſecrata eſt ibi totũ corpus ex vi verboꝝ
⁊ tot⁹ ſanguis ex cõcomitãtia reali. Uñ
antiquit⁹ dabaꝛ etiã de ſanguine. Et qꝛ
ex quo ſeq̄banꝛ multa pericula. Nã mul
ti ruſtici cũ magnis barbis cõicantes fa
ciebãt ꝙ aliq̇d in barba remanebat: ⁊ ꝑ
cõſequẽs plura alia pericula. Ideo fuit
mutatũ. Nã in corꝑe eſt ſanguis. iõ dici
tur Ioã. vj. Qui mãducat meã carneʒ ⁊
bibit meũ ſanguinẽ ⁊c. accipiẽdo ⁊ pro
etiã. Nã viua caro eſt ⁊ corpus viuũ. ⁊
iõ nõ ſine ſanguine. Et hoc fruſtũ eſt cõ=
fidẽtia diuina. Sed tunc apl'i quaſi de=
ſperabãt eo qꝛ nõ poterãt hoĩbus proui
dere. Sed xp̃s voluit aliter prouidere. ſ.
modo inuſitato ad dãdũ intelligendum
ꝙ in nullo caſu ſiccitatis nec in alio mõ
deſperemus de deo: ſed ꝙ habeam⁹ bo=
nã cõfidentiã ⁊ nõ teneam⁹ modũ alioꝝ
ruſticoꝝ q̇ dicũt ſi nõ pluit nõ habebim⁹
iſto anno blada. Sed iſti nõ habẽt bonã
intẽtionẽ nec cõfidentiã de deo. Nã de⁹
põt dare nõ ſolũ frumenta in cãpis imo
etiã ĩ horreis. Idẽ de vino. Idẽ de alÿs.
Et ſic interdũ nõ cõcedit propter diffidẽ
tiã noſtrã. Et circa iſtã materiã audiatꝫ
parabolã. Nã ſemel cõtingit ꝙ in ciui=
tate valẽtie blada erãt duabus palmis
ſuꝑ terrã: ⁊ venit ſiccitas nimia ⁊ crude=
lis: ⁊ nõ creſcebant ⁊ fiebant inceſſanter
proceſſiones cũ multis letanÿs: ⁊ nunqꝫ
pluit. Et tp̄e meſſium gentes collegerũt
blada ita parua: ⁊ nunqꝫ tãtũ frumentũ
habuerũt. Nã ſpice erant melius grana
te q̃ꝫ vnqꝫ prius. lʒ habuerunt parum de
palea. ⁊ ideo ſi nos ſeq̄remus xp̃m vt il=
le ꝓuideret nobis ſicut ⁊ illis. Petatis
ergo pluuiã vt ſibi placet: qꝛ aliter po=
teſt ꝓuidere abſqꝫ pluuia. prouidet ſem
per animalib⁹. ⁊ placeret deo ꝙ nos di=
ceremus de eo ſicut dicit fili⁹ paruulus
de patre ſuo. Nã ſi interrogas puerum.
Quid comedes hodie. Dicet ipſe. Pater
meus habet curã. Et ſi dicis ſibi. Poſt
iſtã veſtẽ quis dabit tibi aliã. Reſpon=
det. Pater meus ꝓuidebit. Iſtũ moduʒ
vellet de⁹ habere de nobis: ꝙ habere=
mus de eo talẽ cõfidẽtiã: ſicut filius ha=
bet de patre naturali. Sʒ nos minus cõ
fidim⁹ de deo q̃ꝫ de vno iudeo vel ſarra
ceno: qꝛ ſi tu habes aliqđ inſtrumentuʒ
manu alicuius notarij ſcriptũ in quo cũ
tineaꝛ ꝙ talis iudeus ſit tibi obligat⁹ in

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



viginti vel triginta florenis: ⁊ dicit tibi.
Un̄ habebitis frumētū iſto anno? R̄nde
tis. Ecce talis eſt mihi obligatus: de illo
emo: ⁊ nō ꝯfidis de deo: iniuriā facis ei:
q: chartā fecit tibi deus ꝑ notariū fidedi-
gnū ſctm̄ Lucā cū d. Primū querite re-
gnū dei ⁊ iuſtitiā eius ⁊ hec oīa adijcient
vobis. Et nolite ſolliciti eſſe ⁊c. Mat. vj.
Cōfidatis ergo de deo ſicut de p̄re: ⁊ gratis
honorē ſuū ⁊ iuſtitiā. i. pniaȝ ⁊ ꝯfidentiā.
Ecce ergo fruſtū panis. ſ. diuinalis ꝯfidētia
Et iō voluit mō inſolito xp̄s prouidere.
Quintū fruſtū eſt liberalis mīa erga pau
peres largiter ſe habere ⁊ hoc tāgit cuȝ
d. Ut autē impleti ſunt vſqꝫ ibi mādu-
cauerūt. Nā vidēs ihs ꝙ iā comedebāt:
dixit apl'is ꝙ qrerent vaſa aliquā cū qui
bus colligerēt fragmenta: dās diuitibus
exēplū ꝙ nullū panis fruſtū ponat i ar-
mario: ſed det pauperibus: et non dent
canibus nec gallinis: nec alijs aīalibus.
Et apoſtoli ſic inqrendo inuenerūt duo-
decim cophinos: et quilibet ex apoſtolis
habuit vnū ⁊ collegerūt panes: ⁊ alij de
comedentibus abſconderunt panē: et hoc
propter bonū ſaporem viatici ⁊ nolebāt
deponere: ſed apoſtoli querebant ⁊ pete
bant cum magna diligētia. Deinde di-
co vobis ꝙ ſi ego fuiſſem in illo cōuiuio
ꝙ penes me retinuiſſem etiam vnum fru
ſtum: ⁊ collegerūt duodecim cophinos: ⁊
in hoc demonſtrat miſericordia ieſu xp̄i
liberalis. ⁊ ideo dicit Lu. xj. Uerūtamen
qđ ſupeſt date elemoſynā: ⁊ ecce oīa mū
da ſunt vobis. Semel ieſus xp̄s fuit in-
uitatus in domo cuiuſdā diuitis: et ipſe
diues amore xp̄i inuitauit alios diuites
et xp̄s dixit illis. Date qđ ſuper eſt: ⁊ oīa
munda ſunt vobis. Nā tāte virtutis eſt
elemoſyna ꝙ mūdat peccata. Et dixit qđ
ſupereſt: ⁊ nō dixit qđ neceſſe eſt. Sȝ que-
ro qd ſignificāt quinqꝫ panes. R̄ndet be
da ꝙ quinqꝫ panes ſignificant quinqꝫ li
bros moyſi. ſ. i quibus erat tota ꝓuiſio iu-
deoꝝ ſicut in quinqꝫ panibus illius turbe:
⁊ dicūt ordeacei. Nā ordeū extra ē aſpe
rū: intus eſt albū ⁊ dulce. ita erat in illis.
Et ideo dicit ieſus xp̄s. Scrutamini ſcri
pturas in quibus vos putatis vitā eter-
nam habere: ⁊ ille ſunt que teſtimonium
perhibent de me. Joa. v. Queratis ergo
bene: et non ſolū corticem: quia aſper eſt
ſed etiam ad farinam. i. medullā intrate:
Et iſti duo piſces ſignificāt duo. ſ. doctri
nam prophetarum et pſalmorum. ⁊ ideo
chriſtus dicit: Quoniā neceſſe eſt imple-
ri omnia que ſcripta ſunt in lege Moyſi
⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. Lu. vl. Et
iſti panes ⁊ piſces erant integri quouſqꝫ
venit chriſtus: q̄ fregit ⁊ dedit apl'is qn̄
aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcri
pturas. Lu. vl. Superſunt duodecim co
phini ꝓ nobis: quia articuli fidei. xij. Et
quilibet apoſtolus ſumpſit ſuū cophinū
Nam quilibet fecit vnū articulū in ſym
bolo. Primus articulus. Credo in deū pa-
trem oīpotentem creatorē celi ⁊ terre ⁊c.
Sed ibi quādo dicit ſanctoꝝ cōionem: in
telligatis. i. ſacramentoꝝ: ⁊ iſti articuli
non pereunt ſimpl'r: dicunt tn̄ perire qn̄
xp̄ianus habet bene i corde ſed nō in ore
quia tunc modico ad modicū peribunt.
Et ſi vultis hoc melius videre: ponā vnaȝ
cādelā accēſam in aliqua lucerna in qua
non ſit aliqđ ſpiramen: clarum eſt ꝙ mo
dico ad modicū extinguet. ita eſt de fide.
Nam cor hominis eſt lucerna: ⁊ fides eſt
candela: quia in p̄s. d. Illuminas lucer
nam meam dn̄e ⁊c. ⁊ qn̄ venis ad demō
ſtrationē ⁊ titubationē: incidis in here-
ſim. Quid eſt ergo faciedū? Dico vobis
ꝙ in quolibet mane cū es indutus ⁊ ca-
ligatus flexis genibus dicas ſemel Credo
in deū: ⁊ idē de ſero anteqꝫ ſis i lecto: ⁊ cū
ꝓteſtatione dicēdo: tūc reſpirat candela
et lumen conſeruat. Et cū venerit prodi-
tor ille antixp̄s: tūc ſtabis firmus: ⁊ ante
p̄mitteres te fruſtari anteqꝫ ſibi conſen-
tires. Iſta ergo mīa liberalis eſt neceſſa
ria alijs ⁊ nobis qm̄ aīe ſue debēt quili-
bet miſereri: et hoc eſt quintū fruſtū. ſ. mi
ſericordia liberalis. Sextum fruſtum eſt
beniuolentia virtualis cum dicit ibi. Illi
ergo hoīes cū vidiſſent qđ fecerat ſignū
ieſus dicebant. Quia hic eſt vere ꝓphe-
ta q̄ venturus eſt in mundū. ſ. facere gra
tias: recognoſcendo bn̄ficia. Ita ſꝑ poſt
comeſtionē ⁊c. ⁊ ante prandium debetis
gr̄as agere deo. Et iō ipſe ante accipiēs
panes bn̄dixit. Nā xp̄s ante introitū mē
ſe ſemꝑ faciebat vſum ex pſalmiſta. Ocu
li oīm in te ſperāt dn̄e: ⁊ tu das eſcā illo-
rum in tēpore oportuno. Aperis tu ma-
nū tuā ⁊c. Q: eſca corꝑalis fuit venena-



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ta per diabolū: ꝛ iō dꝫ poni medicina ſeu
tyriaca ↄtra venenū. ſaltē ad minus dicē
do ieſus ſi aliā orationē ꝑpter tuā gulo
ſitatē nō poteſt facere nec dicere: ꝛ i fine:
ſimiliter deū laudare debes. Uidi i ptib⁹
lōgobardieꝗ i quodā hoīe erat bene qn
genti diaboli. ꝛ queſiui cur intrauerūt. et
plures reſpōdebāt dicētes ꝙ comedēdo
vel bibēdo ꝛ nō faciendo orationē vel ſi=
gnū ſctē crucis. Et circa hoc refert beat⁹
Greg. in ꝑmo dialogoꝝ ꝙ in quodā mo
naſterio monachaꝝ i horto erāt lactuce
multe: ꝛ vna ipſaꝝ monachaꝝ deſiderio
momordit i vnā illaꝝ ꝛ nō dicit ihs: ꝛ ſic
comedēdo intrauit diabol⁹ in corp⁹ ipſi⁹
Et diabolus iſte coniurabatur per vnū ſan
ctum hoīeꝫ: ꝛ dicebat. Dimittas me: ego
non habeo culpā: quia erant ſupra lactu
cā: ꝛ ipſa comedēdo poſuit me intra ſuū
corpus. Et ideo prouidit nobis xp̄s dā=
do nobis exemplum qn̄ eleuauit oculos
ad celū ꝛ dixit. Ocl'i oīm in te ſperāt dn̄e
ꝛc. in p̄s. cxliiij. Exaltabo. Idē i fine prā
dij vel cene. Nā dicit ſctūs Mattheus ꝙ
in die cene hymno dctō exierūt ipi i mō=
tē oliuaꝝ: ꝛ tunc dixerūt. Memoriā fecit
mirabilium ſuoꝝ. miſericors ꝛ miſerator
dn̄s: eſcā dedit timentibus ſe ꝛc. Et iō te
neatis iſtā regulā vt cognoſcatꝫ dei bn̄fi
cia. Et iō dꝛ. j. ad thi. iiij. Cibos de⁹ crea
uit ad ꝑcipiendū cū grāꝝ actiōe fidelib⁹
ꝛ his ꝗ cognouerūt veritatē: qꝛ oīs crea=
tura dei bona eſt ꝛ nihil reijciēdū qđ cuꝫ
grāruꝫ actione percipitur. Sanctificatur em̄
per verbum dei ꝛ orationem. Ecce ergo
hic ſextū fruſtum: ꝛ ideo colligite poſtꝗ
non fuiſtis in illo prandio.

¶ Dominica Letare. Sermo. ij.

Habet quinꝙ
panes ordeaceos: ꝛ duos pi
ſces. Jo. vj. Quilibꝫ dn̄s ſiue
p̄rfamilias tenet de iure na
turali: pōtificali: ꝛ etiā iperiali ſuis ſerui
toribus ꝛ domeſticis ſufficiēter ꝑuidere
j. Thi. v. Si quis ſuoꝝ ꝛ maxime dome
ſticoꝝ curā non habet: fidē negauit ꝛ eſt
infideli deterior ꝛc. Sūmus itaꝙ pater=
familias dn̄s ieſus qui nō venit legē ſol
uere ſed adimplere ſufficientē imo reue=
ra ſupabundantē fecit ꝑuiſionē pro ſuis
ſeruitorib⁹ ꝛ domeſticis. Nā habet qnꝙ
panes ordeaceos ꝛ duos piſces qui ſuf=
ficiunt abundantiſſime: vt in euangelio
hodierno myſtice deſignatur.

Primus eſt corporalis.
Secundus eſt penitentialis.
Tertius ſacramentalis.
Quartus doctrinalis.
Quintus celeſtialis.

De quib⁹ dicit thema. Habet quinꝙ pa
nes ꝛc. Juxta itellectū allegoricū. De pri
mo pane corporali quo intelligitur oīs hu
manus vict⁹ ordeaceus eſt ꝑpter aſperi
tatē exteriorē. ſ. in acqrendo. Gen̄. iij. In
ſudore vultus tui veſceris pane tuo: do=
nec reuertaris in terrā de qua ſumpt⁹ es
Hūc merentur veri ſuitores dei ꝗ ſcꝫ faciūt
volūtatē dei obediētes mādatꝫ ei⁹. Qua
re petim⁹ in orōne dn̄ica. Fiat voluntas
tua ſicut i celo ꝛ i terra. Panē ꝛc. Dic exē
plū de ſutore ꝛ cōpatre. De ſcdo. Panis
pn̄ialis eſt ꝗ ex vili materia. ſ. ex pctōrū
recordatiōe ↄficitur ordeace⁹ ꝗdē ꝛ aſper
ꝑpter dolorē ↄtritiōis: ordeace⁹ ꝛ aſper
ex ruboreↄfeſſionis: ex labore ſatiſfactio
nis. Dic exemplū de muliere dānata ex
rubore cōfeſſionis. ps. xlj. Fuerunt mihi
lachryme mee panes die ac nocte. Ezec.
iiij. Quaſi ſubcinericiū ꝛ ordeaceum pa=
nē comedes. De tertio. Panis ſacramē=
talis quidē ex puriſſima materia confe=
ctus fuit in vtero ꝟginali p ſpm̄ ſctm̄ im
mo ſm̄ theologiā in celo genitus: in vte=
ro virginis fermētatus: in patibulo cru=
cis excoctus: in menſa altaris appoſitus
in ſpeciebus recōditus: ordeaceus dicitur
ꝑpter aſperā paſſionis memoriā. j. Cor.
xj. Quotienſcūꝙ manducabitis panem
hūc ꝛ calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabi
tis. i. repſentabitis donec veniat. Jo. vj.
Hic eſt panis ꝗ de celo deſcēdit. ꝗ mādu
cat hūc panē viuet ineternū. De quarto.
Panis doctrinalis confectus ex auctori
tatibus diuine ſcripture. ordeace⁹ ꝑpter
auſteritatē correctionis ꝛ dure reprehen
ſiōis in pctōres. Eccl'i. xxj. Uerbū ſapiēs
quodcūꝙ audierit ſcius laudabit ꝛ ad ſe
adijciet audiuit luxurioſus ꝛ diſplicebit
illi: ꝛ ꝓijciet illud poſt dorſū ſuū. Siīr de
alijs vitioſis. Sed tn̄ dꝛ Mat. iiij. Nō in
ſolo pane viuit hō: ſed in oī verbo qđ ꝓ=
cedit de ore dei. De quinto. Panis cele=
ſtis hic eſt ex beatitudinib⁹ ꝛ dotib⁹ glo=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



rie ꝯfectus ordeaceus dr̃ ꝓpter tribula-
tiones:qm̃ per multas tribulatiões opz
nos intrare in regnũ dei. Act.xiiij. Sz tñ
btũs q̃ mãducat panẽ in regno dei. Luce
xiiij. Duo piſces ſũt exẽpla ſctoꝝ marty
rũ ⁊ ꝯfeſſoꝝ:qb⁹ quaſi ꝯdimẽto ꝓdicti pa
nes ordeacei.comeſtibiles reddunt. No
de illo viro nobiliſſimo:q̃ fact⁹ religioſ⁹
dicebat ꝙ iuuencule mlieres nõ ſinebant
ipm dormire hora matutinaꝝ. Jõ Heb.
vi. Memẽtote ꝓpoſitoꝝ vroꝝ q̃ vobꝫ lo-
cuti ſũt vbũ dei:quoꝝ intuẽtes exitũ cõ-
uerſatiõis imitamini fidẽ. Greg. Si exẽ-
pla ſctõꝝ recolimusnihil tã graue eſt qd̃
equo aio nõ ſuſtineamus. Et pcipue cuz
quis recordat de paſſiõe xp̃i. Nota exẽ-
plum de illo qui voluit exire ordinẽ pro
pter panis aſperitatẽ. Cui xp̃s apparẽs
intinxit vulneribus:⁊ ſic reuocat⁹ ex me
moria paſſionis chriſti manſit.

¶ Feria.ij. poſt Letare. Sermo vnicus.

Ipſe ſciebat quid eſſet
in hoie. Textus lr̃. Jo.ij. ⁊ re
citatiue in euãg. iſto mõſtrã
tur nobis tres excellentie ie-
ſu chriſti.

Prima eſt poſſe copioſum.
Secunda eſt velle pium.
Tertia eſt ſcire luminoſum.

Jdeo loquit thema. Ipſe ſciebat ⁊c. De
tertia dicit thema qr xp̃s habet clare ſciẽ
tiam oim creaturaꝝ: ⁊ etiã cognoſcit ſe-
creta cordiũ. De prima ergo parte eſt di
cendum in xp̃o ieſu poſſe copioſum ⁊ in-
cõprehẽſibile:cui⁹ reſpectu nullũ eſt poſ-
ſe hoim pape nec regis nec imperatoris.
Nã hoꝝ poſſe in vno pũcto indiuiſibili
cõſiſtit:qm̃ iſtoꝝ poſſe aut eſt preteritũ:
aut futuꝝ:aut pñs. Si forte loqueris
de preterito:iã nihil eſt de futuro:qr re-
gnabo tot annis vel ero papa:qr nõ põt
gaudere:qr nondũ eſt ⁊ ꝯſiſtit i fortuna.
Ueniamus ergo ad mediũ qd̃ eſt pñs.
Nam dicit phs ꝙ de tẽpore nõ habem⁹
niſi nũc:et ſic in puncto indiuiſibili conſi
ſtit. Sed poſſe dei eſt copioſum ſine prin
cipio ⁊ ſine fine:⁊ totũ ſimul in ſua eter-
nitate conſiſtens eſt. Jõ dr̃. Poteſtas ei⁹
poteſtas eterna q̃ nõ auferet:⁊ regnũ ei⁹
quod nõ corrũpet. Dañ.vij. Iſtud ergo
poſſe oſtẽditur in euãgelio hodierno in
principio dũ dicit. Prope erat paſcha iu
deoꝝ.⁊ aſcẽdit ieſus hieroſolymã:⁊ inue
nit in tẽplo vendẽtes oues ⁊ boues ⁊ co-
lumbas: ⁊ nũmularios ſedẽtes. Et cũ fe
ciſſet quaſi flagellũ de funiculis oẽs eie
cit de tẽplo. Oues quoq ⁊ boues ⁊ num
mulariorum euertit:es ⁊ menſas ſubuer
tit et his qui vendebãt columbas dixit.
Auferte iſta hinc:⁊ nolite facere domuz
pr̃is mei domũ negociatiõis. Recordati
vo ſunt diſcipli ei⁹ qr ſcriptũ ẽ.zelus do
mus tue comedit me. Nota dicit.s.Jo.ꝙ
qñ appropinquabat paſcha iudeoꝝ ihs
chriſtus aſcẽdebat de galilea in hierlm:
⁊ introiuit in templũ.i.in atriũ tẽpli:⁊ibi
q̃dam tenebãt boues ad vendendũ:alij
oues:alij qui vendebãt alia animalia.⁊
etiã erant ibi nummularij qui mutuabãt
pecunias indigentib⁹:⁊ ideo ibi tenebãt
vt poſſent emi propter oblationẽ facien-
dam in feſto:vt poſſent cãbirevel mutuo
accipere ne aliq̃ poſſent ſe excuſare de ſa
crificio faciẽdo:⁊ credebãt de hoc ſerui-
re deo. Et ieſus intrãs illud atriũ ⁊ vidẽs
illud quaſi perſona aliquãtulũ turbata
ſe mouit ⁊ ſumpſit funiculos:⁊ hinc ⁊ in
de percuſſit. Et mirꝫ eſt ꝙ ſibi nõ reſiſte-
bant:ſed dicit Hiero.ꝙ de vultu ieſu xp̃i
procedebat coruſcãs radius q̃ oẽs timo
re magno fugerũt:⁊ qd̃ xp̃s oia proiecit
in terrã:intantũ ꝙ diſcipuli de hoc mira
bant:qr ipſe ſemper fuit paſſus iniurias
et nũq̃ aliquẽ percuſſerat. Sz fuerũt re-
cordati verbi dauid. p̃s.lxviij. ſcꝫ Saluũ
me fac. Extraneus factus ſum fratrib⁹
meis:⁊ peregrinus filijs matris mee. Et
ſequit:qm̃ zelus domus tue comedit me
Et cõcordat ad hoc ſanctus Paulus ad
Heb.ij. Nã iudei dicebant fratres xp̃i:lꝫ
euãgeliſta nõ alleget niſi illa verba:quia
omnes veniebãt de abraã. Et ad Heb.ij.
Nõ confundit eos vocare fratres dicẽs.
Nunciabo nomen tuum fratribus meis
Et ex eadẽ matre nõ ex maria:ſed ex ec-
cleſia.i.ſynagoga.⁊ ideo dicit p̃s. Extra
neus fact⁹ ſum fratrib⁹ meis:qr illos pcu
tiebat. Nam zelus domus ⁊c. Et dicit co
medit ſicut cõiter dicitur triſtitia come-
dit me:⁊ ille zel⁹ quaſi mouit ⁊ turbauit
xp̃m. Et in hoc oſtẽditur poſſe copioſuz:
Hoc patet per queſtionem iſtam quãdo
queritur. Cur pricipes templi ⁊ alij xp̃o

Esta reproduccion ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



paupi ⁊ iuueni nõ reſtituerũt: q꞉ fuit i pn
cipio p̄dicatiõis. R̃n̄ſio vt verificaret̃ p
phetia Mardochei di. Dñe de⁹ rex oĩpo
tens in ditione tua cũcta ſũt poſita: ⁊ nõ
eſt q̃ poſſit reſiſtere tue volũtati. Dñs em̃
vniuerſoꝝ tu es ⁊c. heſter. xiij. Et ecce h̃
intellectũ literalẽ. Sꝫ nũc intrem⁹ ſecre
ta euãgelij p tres q̃ones. Et p̃ria eſt lite
ralis. Nꝫ certũ eſt ꝙ in illo pplo iudeo
rũ alia maiora erãt pctã hiis q̃ i tẽplo fie
bãt: ⁊ tñ legit̃ ꝙ nõ facto ſꝫ v̄bo correxit
eos de aliȷ̃s pctis: q̃re h̃ fecit correctionẽ
facto? R̃n̄ſio ad oñdẽdũ q̃ntũ diſplicet
deo tẽplũ eſſe ad pphana dedutũ ⁊ illici
ta ſicut eſt qñ aliq̃ veniũt ad loquẽdũ in
eccleſia forte de vanitatib⁹ ⁊ de aliȷ̃s pec
catis grauioribus cũ aliquibus mulieri
bus vel aliȷ̃s pſonis de matrimonio pro
re illicita. Item etiã interdũ quando fa
ciũt nuptias ſi pluit vel aliter tripudiant
in eccleſia: maledictũ eſt hmõi matrimo
nium: ſicut de illis qui ibi faciunt forum.
Itẽ de illis q̃ dũ fit officium vadũt p ec
cleſiam reſpiciendo mulieres ⁊ faciendo
alias vanitates. Et circa iſtã materiã di
cit magiſter hiſtoriaꝝ ſcholaſticaꝝ quia
tẽpore Iulij ceſaris pompeius ⁊ ceſar de
imperio cõtendebant: et põpeius ſemper
fuit victor. Iſte pompeius contigit ꝙ ve
nit hieruſalem que erat ſubiecta roma
nis: ⁊ nõ ſufficiebãt ſtabularia: ⁊ firma
uit in atrio templi equos: non in tẽplo: ⁊
ideo iſta ratione ſemper fuit victus: nec
fuit imperator: ergo q꞉ nõ dedit honorẽ
tẽplo dei. Et ſi ergo iſte tm̃ fuit punitus
q̃to ergo magis de xp̄iani predicta fa
cientibus. Ideo dicit̃. Si quis ergo tem
plum dei violauerit: diſperdet illũ deus.
Tẽplũ enim dei factũ eſt. j. ad Coꝛ. iij.
Et dixit diſperdet. i. vniuerſimode perdet
filios: filias: honores: famã: ⁊ pecunias:
et ergo manib⁹ puniuit iſtos. Et ideo in
introitu eccleſie ſemper apponitur aqua
benedicta vt nos aſpergamus: q꞉ cuꝫ ti
more debem⁹ intrare. Iõ dauid in p̃o. v.
ſcꝫ Verba mea. Introibo in domũ tuaꝫ.
adorabo ad templũ ſanctũ tuũ in timore
tuo. Et hic eſt finis de prima queſtione.
Scõa queſtio eſt cũ ibi alia venderentur
que eſt ratio ꝙ ſolũ facit mentionẽ de bo
bus ⁊ ouibus ⁊ colũbis: ⁊ de nummula
riȷ̃s: cũ de capris etiã fit ſacrificiũ. Certe
nõ ſine cauſa. Nam ſecretũ eſt ⁊ allegori
cũ. Et reſpondẽdo dico ꝙ quattuoꝛ ſũt
peccata clericoꝛũ que fiũt in tẽplo: que ſi
gnificant̃ per iſta aĩalia: q̃ pctã de⁹ gra
uiter puniet. Et primo dixit boues. Naꝫ
boues hic ſignificãt magnas dignitates
⁊ prelationes. Nam tũc vendunt̃ boues
cũ iſte dignitates pecuniȷ̃s vel p̄cib⁹ ma
gnoꝝ vel preſentationib⁹ datur aliqui
bus: ⁊ nõ propter deũ pure. Oues aũt ſi
gnant beneficia ſimplicia, que vendũtur
cũ dantur pecuniȷ̃s: vt. s̃. vel aliter. Colũ
be in quibus plus eſt. Nam ad ſimilitu
dinem illius apparuit ſp̃ũſſanct⁹: ſignãt
ſacramẽta cũ dant̃ pecuniȷ̃s accept꞉: tũc
dicunt̃ vẽdi colũbe in tẽplo: vt ſi vicari⁹
vel curatus nõ vult dare baptiſmũ: niſi
dẽtur pecunie vel ſi nõ apponãt tot cãde
las cũ denariȷ̃s. Itẽ in ꝯfeſſionibus qũo
dant̃ denarij. Itẽ i ſacramẽto cõionis ſi
vult aliq̃s cõicare. Et dicit vicari⁹ ob re
uerentiã dei ponatis denarios i cãdelis
etiã vendunt̃ colũbe. Itẽ i miſſa ⁊ i oĩb⁹
ſacramẽtis. Ecce quare de his fit hic mẽ
tio. Nũmulariȷ̃ q̃ ſunt mercatores dena
rioꝛũ hi ſunt in eccleſia dei vſurariȷ̃. ſ. ec
cleſiaſtici qui dãt pecunias iudeis vt re
ſpõdeãt de illis: ⁊ iſtoꝝ eo xp̃s effudit ⁊
ſubuertit mẽſas: q꞉ bona iſtoꝝ cũ veniet
xp̃s ad iudiciũ: oẽs iſti predicti nũmula
riȷ̃ eiȷ̃cientur foras. Et ideo dicitur. Nõ
erit mercator vltra i domo dei exercituũ
in die illa. zach. xiiij. in fine. Tertia q̃ſtio
eſt ſi teneri hec aĩalia ⁊ pecunias in tem
plo eſt tã magnũ pctm̃: q̃ tũc ſi aliq̃s eli
git ſepulturã in eccleſia vt corpus ſuum
mortuũ ſit in eccleſia ſepultũ: eſt nec pec
catum vel meritũ: vtrũ iuuat animaꝫ vel
nõ: bona eſt queſtio. Reſpõdeo ꝙ quedã
ſunt perſone ſancte ⁊ pfecte q̃ nõ intrant
purgatoriũ: ſꝫ recta via vadũt ad paradi
ſum: alie ſunt pſone q̃ recte vadũt ad in
fernũ: alie medie q̃ vadũt ad purgatoriũ
De primis dico ꝙ ſepultura in eccleſia
multũ eis pdeſt non vt creſcat eis gloria
eſſẽtialis ſꝫ accidẽtalis. Nã cũ aĩa videt
ſic honorari corpus ei⁹ gaudet: q꞉ cõcor
dat cũ gloria aĩe iã corp⁹ in p̃nti aliquo
modo. Et videte magnũ miraculũ. Naꝫ
erat quidã i paradiſo: ⁊ apparuit cuidã
amico ſuo: ⁊ dixit ſibi. Facias mihi tãtũ
placitũ vt q̃libꝫ hebdomada ſcopes meũ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
*Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.*

Biblioteca Valenciana



monumentū:ꝛ orabo ꝓ te. Ecce ḡ plus
gaudet ſi eſt in eccl'ia. Et ſimile legitur
de ſctō bartholomeo q̇ apparuit cuidaꝫ
rogās vt colligeret oſſa ſua. Si vō loq̄-
mur de dānatis: dico ꝙ eſt eis magna
pena: ꝛ hoc dupl'r. Unō mō ꝓpter ꝑſum
ptionē quā habuerūt: cū eſſent male vi-
te ꝛ elegerūt ibi ſepulturam. Alio mō qꝛ
iā vidēt ſe eſſe in carcere: inferni ꝛ corpꝰ
ita honorari. dicit dānatꝰ. O miſer cor-
pus putridū: ſic honorat̄ ꝛ gl'iatur: ꝛ aīa
tā acriter torquet̄. Si aūt loq̇mur de his
q̇ ſunt medij. i. de his q̇ ſunt in purgato
rio ꝓdeſt ꝛ nocet diuerſimode: qꝛ ſi eli-
gant intētione vanitatis: multum nocet
eis ꝛ torquent̄ multū in purgatorio. ſed
multū ꝓdeſt ſi faciūt ꝓpter deuotionem
vt parētes ꝛ amici eoꝝ dū eoꝝ ſepulchrū
videbūt recordētur de eis ꝛ rogēt ꝓ eis
Et iſto mō ꝓdeſt intantū ꝙ ſi duo iſtoꝝ
ſunt eq̄ boni maiꝰ ꝯmodū hꝫ q̇ eſt ſepul-
tus in eccl'ia bona intentione. Nā dicit
ſctūs Aug. Sepultura hec eſt monito-
ria orādi ꝓ eo: ꝛ iō dr̄ monumētū. i. mo-
nens mentē. Et iō dr̄ in ꝑſona defuncto
rū in purgatorio exiſtētiū. Memor eſto
iudicij mei ſic erit ꝛ tuū: mihi heri ꝛ tibi
hodie. Eccl'i. xxxviij. Heri appellat totū
tp̄s ꝑteritū. Et ecce ꝑmā ꝑtem ſermōis.
Uenio ad ſcd̄aꝫ ꝑtē q̄ eſt. velle piū. ieſu
xp̄i: qꝛ d̄ ſe no vult dānationē aiaꝝ: ſꝫ cō
uerſionē pctōris: ꝛ ꝙ īfideles veniēt ad
verā noticiā fidei: ꝛ ḡ voluit mori vt nos
ſaluaret. Et iō dr̄. Hoc em̄ bonū ē ꝛ acce
ptū corā ſaluatore nr̄o deo q̇ oēs hoīes
vult ſaluos fieri: ꝛ ad agnitionē ꝟitatis
venire. Unꝰ em̄ deꝰ ē ꝛ vnꝰ mediator dei
ꝛ hoīm hō xp̄s ieſus q̇ dedit redēptionē
ſemetipm̄ ꝓ oibꝰ. ſ. ad Ti. ij. Eſt ḡ piū
velle. Et oſtendit̄ in ſcd̄a parte euāgelij
ibi cum dr̄. Rn̄derūt ḡ iude ꝛ dixerūt ei.
Qd̄ ſignū oſtendis nobis: qꝛ hec facis.
Rn̄dit ieſus ꝛ dixit eis. Soluite teplum
hoc ꝛ in tribꝰ diebꝰ excitabo illud. Dixe
rūt ḡ iudei. Quadragīta ſex annis edifi
catū eſt tēplū hoc: ꝛ in trib' diebꝰ excita-
bis illud. Ille aūt dicebat de templo cor
poris ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mor-
tuis. Recordati ſunt diſcipl'i eiꝰ qꝛ hoc
dicebat de corpore ſuo ꝛ crediderūt ſcri
pture ꝛ ſermoni quē dixit ieſus ꝛc. Dica
tur quō illi q̇ fuerūt expulſi a xp̄o de tē-
plo: q̇ tn̄ fuerūt de maioribꝰ ſicut mō ca
nonici conq̄ſti fuerūt ꝑncipibꝰ iudeoꝝ ꝛ
ſacerdotibꝰ q̇ acceſſerūt ad xp̄m. Et iſti
dixerūt xp̄o qd̄ ſignū oñdis nobꝫ qꝛ hec
facis. q. d. qꝛ hoc meſſie vēturo ꝯuenit:
nō tibi q̇ es vnꝰ paup: qd̄ ergo ſignū oſtē
dis ꝙ ſis meſſias. Et tūc ieſꝰ rn̄dens di
xit. Soluite tēplū hoc ꝛ in triduo excita
bo illud. Et iudei intellexerūt de tēplo
materiali: ſꝫ ſm̄ Jo. ip̄e dicebat de tēplo
ſui corporis qd̄ eſt tēplum diuinitatis: vt
habetur ad Coll'. ij. Nam dixit teſtꝰ ibi
dē ꝙ in ipſo habitat oīs plenitudo diui
nitatis. Nā apoſtoli tūc ꝟba xp̄i nō in-
tellexerūt: ſꝫ bene poſt reſurrectionē. Sꝫ
circa iſtā partem ſunt vidēda aliqua ſe
creta ꝛ multa: ꝛ pulchra alia. Et ꝑmo vi
deamꝰ ſtultitias iudeoꝝ. Nā ieſus xp̄s
velle habuit piū: eo ꝙ oēs voluit ſaluos
fieri: ꝛ tn̄ ille de q̇bꝰ ſcriptura dixit. Ab-
latꝰ eſt ppl's meus gratis. Eſa. lij. Dixe
runt xp̄o. qd̄ ſignū oſtēdis. o ſtulta iter-
rogatio: qꝛ iam eis oſtenderat. xv. ſigna
ꝙ ipſe erat verus meſſias: ſed oīm fue-
runt obliti. Et primū fuit ſue cōceptiōis
ꝛ quando virgo maria deſpōſari debuit
ꝛ nolebat ſumere virū: ꝛ ſacerdos tēpli
rogabat deū q̇d eſſet de iſta virgine. Et
dixit illi deꝰ ꝙ deſpōſaret̄ ꝛ ꝙ ſpōſꝰ eius
eſſet de genere dauid ꝛ ꝙ q̇libꝫ veniret
cū baculo arido: ꝛ ille cuiꝰ baculus flore
ret ꝙ ille eſſet ſponſus ſuus: ꝛ illud ve-
nit ad ioſeph. Et tunc fuit cōpleta illa ꝓ
phetia. Egrediet̄ virga de radice ieſſe ꝛ
ꝛ flos de radice eiꝰ aſcēdet: ꝛ requieſcet ſu
per eum ſpiritus dn̄i: ſpūs ſapientie ꝛ in
tellectus: ſpiritus cōſilij ꝛ fortitudinis:
ſpūs ſcientie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eū ſpi
ritus timoris dn̄i. Eſa. xi. Et iſtud ſignū
fuit notum omnibꝰ exiſtentibꝰ in hieru-
ſalem. Nonne ergo erant ignorātes iu-
dei querētes ſignū a xp̄o: qꝛ debebāt ſci
re ſignū factū in deſpōſatione matrꝫ ſue
o ſtulti. Scd̄ꝫ ſignū fuit in natiuitate: qꝛ
in media nocte natus fuit et nox fuit cla
ra ꝛ refulgens que erat obſcura vt dies
ꝛ omnes viderunt claritateꝫ noctis. Et
tunc fuit completa prophetia illius.
Populus qui ambulabat in tenebris vi
dit lucem magnam: habitantibus in
regione vmbre mortis lux orta eſt eis.
Sequitur. Paruulus natus eſt nobis:

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



⁊ filiꝰ datꝰ ē nobis. Eſa. ix. Tertiū ſignū
fuit qñ ꝟgo maria abſcōdit filiū ſuū in
p̄ſepio ⁊ vidētibꝰ illis bos ⁊ aſinꝰ ado=
rauerunt eū. Iuxta ꝟbū. Cognouit bos
poſſeſſorē ſuū ⁊ aſinꝰ p̄ſepe dn̄i ſui: iſrael
aūt me nō cognouit. Eſa. j. ⁊ Aba. iij. ſʒ
lxx. interpretes. In medio duū aīaliū co
gnoſceris. Quartū ſignū fuit qñ angelꝰ
eadeʒ nocte apparuit paſtoribꝰ di. An=
nūcio vobꝭ gaudiū magnū qȝ erit omni
populo qꝛ natꝰ eſt hodie ſaluator mūdi.
Lu. ij. Quintū ſignū fuit qñ eadē nocte
multitudo celeſtis exercitꝰ paſtoribꝰ an
nūciādo ⁊ cātādo dixit. Glīa in excelſis
deo ⁊ i ter. ⁊c. Iſtud ſignū fuit manifeſtū
oībꝰ. Sextū ſignū fuit qñ venerūt reges
magi: ⁊ apparuit eis ſtella ꝙ nō ſolū iſti
imo oēs viderent eā verā ſtellā ꝓpriis
oculis. Septimū ſignū fuit qñ ꝟgo ma
ria ieſuʒ ī tēplo p̄ſentauit ſymeoni: ⁊ lo=
q̄batur oībus ibi exiſtētibꝰ dicēdo. Nūc
dimittis ſeruū tuū dn̄e ⁊c. Luc. ij. Octa=
uū ſignuʒ fuit qñ ieſus xp̄s in etate. xij.
annoꝝ diſputabat cū doctoribꝰ ⁊ ſenio
ribꝰ tēpli ⁊ fuit oībꝰ notoriū. Nonū ſignū
fuit baptiſmꝰ ieſu xp̄i. Nā apertis celis ve
nit vox de celo di. Tu es filiꝰ meꝰ dilectꝰ
⁊c. Lu. iij. Decimū ſignū fuit qñ. b. Ioā.
bap. dixit. Nō ſuʒ ego meſſias: ſʒ dixit
de xp̄o. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit pec
cata mūdi. Ioā. j. Undecimū ſignū fuit
qñ ip̄e incepit predicare celeſtes doctri=
nas. Nā moyſes p̄dicauit ſolū terrena:
ip̄ſe ꝟo celeſtia. Duodecimū ſignū fuit
qñ ip̄e dedit exēplū ſancte vite ſue irre=
p̄henſibilis. Tredecimū ſignum fuit qñ
ip̄e fecit miraculū tā magnū ī nuptiis ar
chitriclini. Quartūdecimū ſignū fuit qñ
in tali die fecit ipſe tā magnum miracu=
lū. Nā oēs fugiebāt ⁊ nō audebāt eū re
ſpicere. Quintūdecimū ⁊ vltimū fuit qꝛ
videbāt oēs ꝓphetias in hoc eſſe cōple
tas. Erat ḡ ſtultū querere ſignū: ⁊ ideo
dixit alibi xp̄s. Ḡnatio mala ⁊ adultera
ſignū q̄rit: ⁊ ſignū nō dabit̃ ei niſi ſignū
Ione ꝓphete. Sicut eñ fuit ionas ī vē
tre ceti tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ. ſic erit
filiꝰ hoīs in corde terre tribꝰ diebꝰ ⁊ tri=
bus noctibꝰ ⁊c. Mat. xij. Et iō r̄ndit. Sol
uite tēplū hoc. Ecce ergo quō fuerit ſtul
ti: qꝛ nō dixit dirruite ſʒ ſoluite. Et dixit
excitabo ⁊ nō dicit edificabo. Et clarū ē
ꝙ tēplo corporali vel materiali nō con=
gruit excitare nec ſoluere. Sed aīa ligat̃
corpori magis q̄ꝫ aqua vino ⁊ qȝ mixtū
eſt nō eſt aqua neq̄ꝫ vinum qꝛ ſm̄ ph̄m.
mixtū neutrū eſt miſcibiliū. Sʒ in hoīe
aīa ⁊ corpus ligant̃ eſſentialiter vt nun
q̄ꝫ añ mortē poſſint diſligari nūc niſi eſ=
ſent ceci vidiſſent q̄re dicebat ⁊ dicit ſol
uite. nō imperādo: ſʒ ꝟbuʒ ſit impatiui
modi: ſʒ q̄ſi ꝑmittēdo vt daret licētiā et
poſſe. Nā aľs nō potuiſſent: ⁊ iō qꝛ ipſe
erat imperator: iō dixit impatiue. Et iō dr̄
Ioā. x. Nemo tollet aīam meā a me: ſed
ego pono eā a meipſo. Poteſtatē habeo
ponēdi eā: et poteſtatē habeo iterū ſu=
mēdi eā: ⁊ iō dicit. Excitabo: ⁊ non dicit
edificabo: tñ qꝛ ceci erāt iuxta dictū ſa=
piētis. Sap. ij. Et excecauit illos mali=
cia eoꝝ: iō dixerūt qȝ ſignū ⁊c. Aliud ſe
cretū eſt hic in eo ꝙ dixerūt iudei plus
q̄ꝫ quadraginta ſex annis illud tēplum
fuit edificatū: vt habet̃. j. Eſa. vj. qꝛ pri=
mo fuit fūdamētū poſitū: ſʒ poſtea fuit
ꝓhibitū vſq̄ꝫ ad regē dariū ⁊ fuerūt qua
draginta anni. Et ſic volebāt facere ar
gumēta ꝙ nō poſſet reedificari illud tē=
plū in tā breui tp̄e. Ipſi loq̄bant̃ de tem
plo materiali. ⁊ verū fuit: qꝛ illud qua=
dragita ſex annis fuit edificatū. Pōt tñ
illud dictū etiā verificari de corpe xp̄i:
cuiꝰ fundamētū fuit corpꝰ ꝟginis marie
qȝ fuit poſitū ī die ꝯceptiōis ſue q̄ ſtetit
nouē menſibꝰ in vtero matris: qȝ tēpus
pōt cōputari ꝓ vno anno. Et qñ fuit in
xiiij. āno ꝯcepit xp̄m: ⁊ i. xv. peperit: ita ꝙ a
poſitiōe huiꝰ fūdamēti vſq̄ꝫ ad natiuita
tē xp̄i ſunt. xvj. anni. ⁊ ab illis. xvj. ānis
vſq̄ꝫ ad illud tēpus quo xp̄s incepit pre
dicare fluxerunt. xxx. annis: qꝛ xp̄s fuit
xxx. annoꝝ qñ incepit p̄dicare mō. xxx.
anni ⁊. xvj. faciūt. xlvj. ⁊ ſic verificat̃ illȝ
dictū de xp̄o. Moraľr tñ ēt eſt notādum
ꝙ hoc ꝟbū ſoluite ē ꝟbū xp̄i: ⁊ iſtud dr̄
ꝯfeſſoribꝰ. Ubi ſciēdū ꝙ q̄libʒ hō quan=
diu ſtat in pctō mortali eſt habitatio de
mōis ſi nō vult penitere. Unde dr̄ de ma
ria magdalena Mar. vl. ꝙ eiecit ab ea
dn̄s. vij. demones: nō ꝙ ipſa eſſet demo
niaca: ſed ꝙ habebat ſeptem pctā mor=
talia ſʒ qꝛ q̄libʒ demō correſpondet vni
pctō iō habitabāt in ea ſeptē demones.
Habetis ḡ hic regulā qꝛ pctōr ē habita=

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

tio demonis:ſed qñ hō hȝ cōtritionē ꝓ
pctis ꝛ ꝓpoſitū non redeundi ad vitia
demō fugit:ꝛ tūc hō efficit̄ templū ꝛ ha
bitatio dei:iuxta v̄bū apl'i. Neſcitis qꝛ
templū dei eſtis vos:ꝛ ſpūs dei habitat
in vobis.j.Coꝛ.iij. Qñ ergo pctōꝛ eſt
cū cōtritiōe ꝛ ꝓpoſito nō redeundi ad
peccatū:tūc eſt tēplum dei:ꝛiō dicit xp̄s
cōfeſſoꝛib⁹. Soluite tēplū hoc: qꝛ quod
cūq; ſolueritis ſup terrā erit ſolutū ꝛ in
celis. Et cū ſolueritis poſt triduū excita
bo illud.ſ.trib⁹ opib⁹ penitētie. Et pri=
mus dies eſt afflictio coꝛpis. Scd̄s eſt
oꝛatio ſpiritualis. Tertius eſt elemoſy
na fraternalis. Et ecce hic tres qb⁹ exci
tatur iuxta verbū ꝓphete. Venite ꝛ re=
uertamus ad dn̄m:qꝛ ipſe cepit ꝛ ſana=
bit nos:ꝑcutiet ꝛ curabit nos. Viuifica=
bit nos poſt duos dies:in tertia die ſu=
ſcitabit nos ꝛ viuem⁹ in conſpectu eius.
Oſee.vi. Percutiet nos.ſ.p cōtritionē.
Et ecce hic ſcdam ꝑtem veniam⁹.ad ter
tiā ꝑtem in qua oſtendit̄ ſcire luminoſū
ieſu xp̄i:cuȝ dꝛ in themate. Ipſe ſciebat
qd eſſet in hoīe. Vñ vos ſcire poteſtis fa
ciē hoīs ſȝ coꝛ hoīs ſol⁹ de⁹ ſcit. Et iō dꝛ
ꝑ ꝓphetiā. Prauuȝ eſt coꝛ hoīs ꝛ iſcru=
tabile. Quis cognoſcet illud:ego domi=
nus ſcrutās coꝛda ꝛ ꝓbans renes: qui
do vnicuiq; iuxta viā ſuaȝ. Hiere.xvij.
Et hoc oñdit̄ in euang.ibi cū di. Cū eſ=
ſet hieroſolymis in paſcha in die feſto.
multi crediderūt in noīe ei⁹ vidētes ſi=
gna ei⁹ q̄ faciebat. Ipſe aūt ieſus nō cre
debat ſemetipȝ eis:eo qd̄ ipſe noſſet eos
ꝛ qꝛ opus ei non erat vt qui teſtimoniuȝ
pꝛehiberet de hoīe:ipſe eñ ſciebat quid
eſſet in hoīe. Jo.ij. Et dicit ibi euange=
liſta ꝙ multi crediderūt in noīe eius:nō
dicit ꝙ crediderūt ei:ſed in noīe ei⁹ qd̄
eſt ieſ⁹.i.ſaluatoꝛ. Ipe tñ nō credebat ſe
metipȝ eis:qꝛ ſciebat qd eſſet i hoīe. Et
hic ſunt notāde due doctrine.pma ē rea
lis que tāgit nos religioſos ꝛ eccl'iaſti=
cos:qꝛ dꝛ ꝙ xp̄s nolebat ſe credere illis
i.cōicare. Et cā fuit ne deſpiceret̄ ab eis
Nā ipſe ſic habebat paſſiōes coꝛꝑales
ſicut nos habem⁹. Et qꝛ foꝛte dixiſſent.
Ille bibit ꝛ comedit ſicut nos:ꝛ deſpe=
xiſſēt eū:iō ſe noluit ipſis cōicare. Et iā
alij iudei dixerunt. Ecce hō voꝛax ꝛ po
tatoꝛ vini. Mat.xi.ꝛ iſtos defect⁹ ſum=
pſit amoꝛe noſtri:ꝛideo nolebat credere
ſeipſuȝ eis:ecce ꝗ hoc nobis clericis exē
plū:qꝛ ne ſcandalizem⁹ laicos debem⁹
nos ab eis ſubtrahere vt nō cōicemus
nos multū laicis. Debem⁹ ergo eē ſi=
cut imagines. Nā ſi tu ſtas ꝓcul appa=
rent pulchꝛe imagines ſȝ ſi appropinq̄s
vidētur alique virgule ꝛ macule: ꝛ tunc
deſpiciuntur: ꝛ ita cauete vos clerici ne
multū cōicetis cū laicis ne videāt macu
las in vobis:qꝛ nimia familiaritas pa=
rit cōtēptū. Et audiatis parabolā ad hoc
In auinione erat qdā religioſ⁹ ꝛ bñ de=
uotus:cōtingit qd̄ ipe erat inuitat⁹ ad
prandiū ꝑ quēdā burgēſem bene ami=
cū ſuū multis p̄cib⁹ ꝛ cū nollet acceptā=
re:rogauit pꝛioꝛē vt ſibi concederet licē
tiā ꝛ cōceſſit ꝛ ali⁹ burgenſis ibidē fuit
inuitat⁹:ꝛ religioſus qui foꝛte ieiunaue
rat ad triduū in pane ꝛ aqua : comede=
bat foꝛtiter ꝛ impleuit bene ventreȝ de
gallinis ꝛ de bono vino albo ꝛ rubeo.
Itē in cena poſtea dicit burgenſis alter
cōuicino ſuo qñ fratres receſſerūt qd fa
ciēt iſti fratres nūc:qꝛ ego ſi haberē vxo
rem meā ad lat⁹ raperent eā ꝛ fuit ſcan
dalizatus in comeſtione illius religioſi
ꝛ foꝛte frater ille nec venialiter peccaue
rat. Sitis ergo vt imagines:qꝛ ieſus nō
credebat ſeipm iudeis. Et ideo dicitur.
ij. Coꝛ.vi. Exite de medio eoꝛum ꝛ ſe=
paramini dicit dn̄s: ꝛ immūdum ne te=
tigeritis ꝛ ego recipiā vos ꝛ ego ero vo
bis in patrē:ꝛ vos eritis mihi in filios.
Secunda doctrina tangit laicos.nā ſe=
cundo dixit euāgeliſta ꝙ non credebat
ſe illis qui credebāt in noīe ei⁹:ꝛ non di
xit qui credebāt ei:qꝛ talis credētia po=
teſt eſſe ſine grā:ſȝ xp̄s ſe cōicat illis q̄
credūt in ip̄m.ſ.ꝑ fidē foꝛmatā ꝑ bonaȝ
vitam ꝑ grām qñ cōicāt in feſto paſche
tūc illis hoc qui modo credūt debet tra
di xp̄s.alias melius eſſet comedere fer=
rum ignitū. Ideo apoſtolus dicit. Pro=
bet aūt ſeipſum homo:ꝛ ſic de pane illo
edat ꝛ de calice bibat. Qui eñ māducat
indigne iudiciū ſibi māducat ꝛ bibit.pri
me.Coꝛi.xi.vbi gloſa Ambꝛo.dicit. ita
punit̄ indigne cōicans:ac ſi ꝓprijs ma
nib⁹ xp̄m occidiſſet. Si vos ergo eſtis
bene parati:cōmunicabit ſe vobis hic ꝑ
gratiam:ꝛ in futuro ꝑ gloꝛiam.

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



¶ Feria .iij. poſt Letare. Sermo vnicꝰ.

DE turba mu-
ti crediderūt in eū. Joā. vij.
ſermo noſter erit de ſancto
euangelio qꝛ in iſto ſctō tpe
nō inuenio meliores materias ad hono
rē dei ꝛ edificationē pp̄li. Sꝫ pͥmo ſalu-
tet ꝟgo maria. Totū ſcm̄ euangeliū eſt
quedā excuſatio quā fecit xp̄s de aliq̄-
bus crimibꝰ ꝛpctis ſibi a iudeis falſe ipo
ſitꝫ ꝛ malicioſe obiectis q̄ ſe excuſauit.

Primum crimen erat de infidelitate
Secundum crimen erat de vanitate.
Tertium erat de fractione ſabbati.
Quartum fuit de falſitate.

De quibus xp̄s ſe humiliter excuſauit
ꝓ noſtra inſtructione. Ex qua excuſatio
ne multi crediderūt in eum.

¶ Primū crimē ꝛ graue pctm̄ qd̄ ei iudei
malicioſe ipoſuerūt: erat īfidelitatis. Di
cebāt em̄ ꝙ xp̄s erat infidelis deo. Rō:
qꝛ miles q̄ cū īimico ſui regꝭ ꝛ dn̄i hꝫ ſua
colloq̄a ꝛ ſecreta ꝛ ſibi fauet multū. talꝭ
eſt infidelis regi ſuo ꝛ dn̄o ſuo. Sic dice
bāt iudei de xp̄o dicētes ꝙ loq̄bat̄ cum
diabolo inimico dei: q̄ oñdebat ſibi oīa
q̄ p̄dicabat ꝛ docebat: qꝛ ſciebāt ꝙ xp̄s
nō didicerat in aliquo ſtudio huiꝰ mūdi
immo ſemꝑ fuit in domo ioſeph quē pu
tabāt eſſe patrem ſuū, quē iuuabat de ar
te carpētaria. Jō q̄n audiebāt ſua mira
cula ꝛ altiſſimas p̄dicatiōes ꝛ diſputa-
tiones q̄bꝰ nō poterāt ꝯdicere: nec rn̄de
re: dicebāt ꝓ certo ip̄e hꝫ diabolū fami-
liarē: cū tn̄ deberēt dicere ꝓ certo ille hō
eſt illuminatꝰ a deo, ꝛ ſpūſſctūs loq̄tur i
ore eius. Meliꝰ cognoſcebat ip̄m. Eſa.
q̄ dicebat req̄eſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i. Eſa.
xj. Et proditores iudei ſcribe ꝛ phariſei
attribuebāt diabolo dicētes. Demoniū
hꝫ ꝛ inſanit. q̄d eū vultis audire. Joā. x.
Sed ab iſto falſo crimine et infamia ſe
excuſauit humilr̄ ꝛ benigniter: vt oſten
ditur in principio euāgelij. Jā die feſto
mediāte aſcēdit ieſus in tēplū ꝛ doce-
bat. Et mirabant̄ iudei dicētes. Quō h̄
litteras ſcit cū nūq̄ didicerit. Rn̄dit ieſꝰ
Mea doctrina nō eſt mea: ſꝫ eiꝰ q̄ miſit
me. Si q̄s voluerit volūtatē eiꝰ facere co
gnoſcet de doctrina vtrū ex dō ſit an ego
a meipſo loquor. Nota feſto mediante
Hoc feſtū erat tabernaculoꝝ qd̄ in mēſe
ſeptēbri fiebat ꝛ durabat ſeptē diebus.
Cū ergo dicit die feſto mediāte: loq̄tur
de quarta die q̄ eſt in medio ſeptē dierū
qꝛ noluit aſcendere in prima die: qꝛ illa
die dabāt ſe gule ad comedēdū ꝛ biben
dū. Jdē i ſeptima: ꝛ tūc nō erāt apti nec
diſpoſiti ad recipiēdū doctrinā xp̄i: ſed
in medio. ſ. in q̄rta die aſcēdit ꝛ incepit
p̄dicare: de q̄ iudei mirabātur ſicut vos
mō miraremini ſi aliq̄s faber lignariꝰ vel
let vobis p̄dicare dicētes. Quō hic lite-
ras ſcit cū non didicerit: ſine dubio ipſe
hꝫ diabolū familiarē. Xp̄s aūt humili-
ter ſe excuſando dixit. Mea doctrina nō
eſt mea: ſed eiꝰ q̄ miſit me. Videt̄ ꝙ hic
ſit ꝯdictio cū dicit. Mea doctrina nō eſt
mea ſed ſic itelligitur. Mea doctrina. ſ.
miniſterialiter non eſt mea. ſ. originali-
ter ſiue principaliter: ſꝫ patris ac ſi fiſtu
la diceret. Sonꝰ meꝰ nō eſt meꝰ: ſed ſonā
tis, magiſtri. Jō xp̄s dixit p̄dicatoribus.
Non em̄ vos eſtis qui loq̄mini ꝛc. Mat.
x. Hoc modo xp̄s dicebat de ſe. Mea do
ctrina. ſ. miniſterialr̄ nō eſt mea: ſ. princi
paliter: ſꝫ eiꝰ q̄ miſit me. ſ. dei patris. Jō
vos multuꝫ erratis ꝛ grauiter peccatis
ipſaꝫ doctrinā diabolo attribuēdo. Si
quis voluerit volūtatē facere: hic cogno
ſcet an doctrina mea ex deo ſit. Nā q̄ vi
uunt moraliter bene ſtatim cognoſcunt
veritateꝫ. Secus de peccatoribus. Q̄m
ſicut febricitāti dulcia videntur amara:
ſic etiam peccatoribus. Vn̄ Augu. Im-
pius non ſentit dulcedinē dei: qꝛ de fe-
bre iniquitatis palatum cordis amiſit.
Omnis peccator eſt febricitans. Jō xp̄i
doctrina dulciſſima videtur ſibi amara.
Q̄m ſuꝑbus non inuenit ſaporem in do
ctrina xp̄i que inducit ꝛ precipit humili
tatem ꝛ manſuetudinem. Idem de aua
ro ꝛ luxurioſo. Sed qui viuūt moraliter
bene inueniūt in ea magnū ſaporē dul-
cedinis ꝛ ꝯſolationis: qꝛ ꝯfortat cor ꝛ il
lūinat mētē. ideo dicebat dauid. Quam
dulcia faucibꝰ meis: eloq̄a tua dn̄e ſuꝑ
mel ori meo. ps. cxviij. Ecce quō xp̄s ex
cuſauit ſe humiliter ꝛ benigne. Nota h̄
moralr̄ quō hic habet̄ reſponſio ad que
ſtionē quam faciūt multi infideles dicē
tes. Si nos eſſemus cete ꝙ fides xp̄ia-
na eſſet bona libēter eā recipemꝰ ſi deus

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

nobis reuelaret qꝛ alias nõ tenemur cre
dere vobis. Quare ergo dãnabunt̃? Re
ſponſio. Qm̃ ſi vellẽt bñ viuere moralr̃:
ꝙ nõ eſſent ſupbi: auari: ꝛ luxurioſi ꝛc. ſ3
orarent deuote dicentes. Illumina ocu=
los meos ꝛc. ſtatiꝫ deꝰ ipos illuminaret:
qm̃ tãta eſt ꝯueniẽtia fidei xpiane cũ in
tellectu ꝙ ſi intellectꝰ non ſit impeditꝰ ꝑ
malã vitã ſtati adheret fidei xpiane. Vñ
in valentia fuit vnꝰ magnus rabbi q̃ bñ
vixerat: ꝛ qñ audierat quinqꝫ ſermones
ſtatim illuminatꝰ fuit ꝛ baptizatꝰ cum
multis ꝛc. Idẽ eſſet de oibꝰ infidelibus.
Ecce quare dixit xp̃s. Si quis voluerit
voluntatẽ dei facere. ſ. cauendo a pctis
viuere bñ hic cognoſcet veritatẽ. S3 qꝛ
iudei erant peccatores et male vite: iõ
nõ erant diſpoſiti. S3 heu quõ infideles
pctõres ꝛ male vite et indiſpoſiti veniẽt
ad fidẽ xpi: cũ xpiani pctõres mali ꝛ vi=
tioſi ꝓpt̃ pctã ꝑdãt fidẽ: ꝛ qꝛ qñ xpianus
dat ſeuitijs ꝛ pctis ſtati ꝑdit fidẽ forma
tã ꝛ infideles ſcãdalizant̃ ꝓpt̃ eoꝝ ma=
lã vitã. Et q̃ ſcandalizauerit vnũ ex his
puſillis expedit ei vt ſuſpendat̃ mola aſi
naria in collo eiꝰ ꝛ demergat̃ in ꝓfũdo
maris. Mat. xviij. iõ vſurarij in illo pctõ
inueterati nõ hñt fidẽ: imo dicũt itra ſe.
ꝛ q̃d ſcit hõ de alio mũdo. Idẽ dicũt vin
dicatiui ꝛ luxurioſi: qꝛ abijciunt bonam
cõſciẽtiã vt dicit apl̃s. Hñs fidẽ ꝛ bonã
cõſciaꝫ quã q̃dã abijcientes circa fidem
naufragauerũt. i. negauerũt. j. Ti. j. No.
ſilr̃itudinẽ de illa naue q̃ trahit paruam
barchã: quã ſi hõ repellit cadit in mare
et ſubmergit̃. Sic nauis magna ad na=
uigãdũ ad celũ eſt fides xpiana q̃ trahit
paruã barchã. i. ꝯſciam bonã. Sicut illi
q̃ nauigant mare nõ pñt exire mare nec
accipe terrã niſi cũ parua barcha. Sic
xpianꝰ cũ naue fidei nõ põt itrare nec ca
pere celũ niſi cũ barcha bõe ꝯſcie. quã ſi
repellit ꝑ pctm̃: ſubmergit̃ in iferno. Iõ
apl̃s. Curẽt bonis opibꝰ p̃eeſſe q̃ credũt
deo: hec ſunt bona ꝛ vtilia hoibꝰ. ad Ti.
iij. ¶ Scdm̃ crimẽ a iudeis xpo ipoſituꝫ
falſe ꝛ malicioſe erat vanitatis dicẽtes.
ꝙ q̃cq̃d xp̃s faciebat totũ faciebat ꝓpt̃
vanã gl̃iam vidẽtes eiꝰ vitã ſingulareꝫ:
qꝛ nolebat hr̃e ꝓpriã domum: nec aliq̃d
mũdi: ſ3 ibat p̃dicando de villa in villã
nec ducebat vxorẽ cũ tñ ſcti p̃triarche ha

buerũt vxores et filios. Itẽ qꝛ ducebat
ſecũ magnam multitudinẽ hoim: ꝛ vide
bant ꝙ ppl̃s ſibi faciebat magnam ho=
norẽ. ꝛ ꝙ q̃libet die ꝑdicabat qđ nullus
vnq̃ꝫ fecerat. Iõ dicebãt phariſei ꝙ hoc
totũ fctm̃ ſuũ eẽt ex vana gl̃ia dicendo.
Nũq̃d tu maior es p̃re nr̃o abraã: queꝫ
teipſum facis. Io. viij. Tñ abraã nõ te=
nuit iſtos modos q̃s tu tenes ex tua va=
nitate ꝛ vana gl̃ia. Rñdit xp̃s excuſan=
do ſe humilr̃ et benigne dicẽs. Qui a ſe
metipſo loq̃t̃ gl̃iam ꝓpriã q̃rit: q̃ aũt q̃=
rit gl̃iaꝫ eiꝰ q̃ miſit illũ: hic verax eſt ꝛ iniu
ſticia in illo nõ eſt. q. d. vos iudicatis ſ3
faciem qđ facere nõ debetꝭ. ſ3 iuſtũ iudi
ciũ iudicate. Nota q̃ a ſemetipo loquit̃:
ſc3 nõ miſſus a deo: ſ3 ipemet iuenit no=
uũ modũ viuẽdi incõſuetum: ille nõ q̃rit
gl̃iam dei: ſ3 gl̃iam ꝓpriã: qꝛ qñ q̃s ſine
dei reuelatione ex p̃ſſe vult inuenire no=
uũ modũ viuendi vt videat̃ ꝛ appareat:
hec eſt vanitas ꝛ vana gl̃ia: nec põt diu
durare. Iuxta illđ Iob. xx. Gaudiũ hy=
pocrite ad inſtar pũcti: ſed illđ qđ eſt a
deo durat: q̃ ſubiũxit xp̃s. Nõne moy=
ſes dedit vobis legẽ q̃ nõ eſt ab hoie: ſ3
a deo. Et nũq̃d moyſes ducebat in ſocie
tate ſexcẽta milia hoim: ꝛ nõ ꝓpt̃ vanaꝫ
gloriã: ꝛ diciꝭ ꝙ ego facio ex vana gl̃ia.
Idẽ de alijs opibus q̃ fecit moyſes: q̃ſi
vellet xp̃s dicere. Si opa moyſi nõ attri
buũt̃ vane gl̃ie nec vanitati eo ꝙ erat nũ
cius dei. q̃re attribuitꝭ opa mea vanita=
ti. Nolite iudicare ſm̃ faciẽ. i. ſm̃ appa=
rentiã exteriorem. Moralr̃. h̃ nota ꝙ dẽ
opibꝰ dubijs q̃ pñt fieri bona intẽtione
vel mala qñ interp̃tantur in malũ: hoc
eſt iudicare ſm̃ faciẽ. Sicut ſi ſacerdos
ſolus cũ ſola in eccleſia loqueretur iam
hoc iudicare in maluꝫ peccatuꝫ eſſet eo
ꝙ bene et male fieri poſſet de hoc vide
latius in. ij. ij. ſancti Thome q. lx. arti.
iij. ꝛ. iiij. ꝛ. xj. q. iij. Abſit. Sed quando
opus eſt de ſe malũ omnino: nec poteſt
fieri bona intentione: vt furtum: homici
diũ: adulterium: hoc poteſt homo iudi=
care: ꝛ in malũ interp̃tari. Nota hic exẽ
plum in vitiſpatrũ de illo ſancto heremi
ta q̃ iudicauit in corde ꝛ ꝯdẽnauit hoieꝫ
de mane comedẽtẽ in die ieiunij: ꝛ poſt
angelꝰ dñi cũ gladio euaginato ꝓhibuit
eũ ne poſſet igredi cellã ſuã donec penitẽ

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tiam egiſſet ſuꝑ ſuo peccato. Jō apl'ſ. i.
Coꝛ. iiij. Nolite añ tp̄s iudicare quouſ-
q́ꝫ veniat dñs. q̇ illuminabit abſcondita
tenebꝛarū ⁊ manifeſtabit cōſilia coꝛdiū.
¶ Tertiū crimē fuit de fractione ſabba
ti eo ꝙ in ſabbato curabat ĩfirmos: illu-
minabat cecos: ⁊ ſic de alijs. Dicebant
ergo. Non eſt hic hō a deo q̇ ſabbatum
non cuſtodit. Jo. ix. De quo xp̄s excu-
ſando ſe dulciter repꝛehendit eos dicēs
Quid me q̄ritis īterficere. Rñdit turba
⁊ dixit. Demoniū habes: quis te q̄rit in
terficere. Rñdit ieſus et dixit eis. vnum
opꝰ feci et oēs miramini. Propꝛea dedit
vobꝭ moyſes circūciſionē: nō q2 ex moy-
ſe eſt: ſed ex pr̄ibus. Et in ſabbato circū
ciditis hoīeꝫ. Si circūciſionē accipit ho
mo in ſabbato vt non ſoluat̄ lex moyſi:
mihi indignamini: q2 totū hoīeꝫ ſanum
feci in ſabbato. q. d. magis laboꝛioſum
opus eſt circūciſio q̄ꝫ infirmoꝝ curatio.
Et tñ circūciſio nō frangit ſabbatū. Et
mihi indignamini q2 totū hoiem ſanuꝫ
fecit in ſabbato. Ex iſto textu trahit̄ re-
gula theologie ꝙ q̄ncūq́ꝫ curabat xp̄s
aliquē in coꝛꝑe: etiā curabat ip̄m in aīa.
ſ. a pctīs: iō totū hoīeꝫ ſanū feci. ſ. in coꝛ
poꝛe ⁊ in aīa: q̄ ſunt p̄tes ꝑncipales. Jō
Deut. xxxij. Dei ꝑfecta ſunt oꝑa. Moꝛa
liter. ſabbatū. i. q̇es. Jō ſabbatū expia-
tionis vel requietionis eſt dies dñica: ⁊
etiam aliud feſtum celebꝛe. Jn q̇bꝰ debe
mus q̇eſcere ab oīni negocio t̄pali. Rō:
q2 xp̄s tali die q̇euit in coꝛꝑe ⁊ aīa gl'io-
ſa: poſt negocia laboꝛis opeꝝ nr̄e redē-
ptionis. Jō dixit ſibi v̄go maria in die
reſurrectionis. Fili vſq́ꝫ hodie ego q̇eui
in die ſabbato qḋ figurabat quietē dei
a ceſſatione operū creationis: ſꝫ decete
ro quieſcā in dñica in memoꝛiā ⁊ repꝛe
ſentationē q̇etis vr̄e gl'ioſe reſurrectiōis
Jō q̇ ī die dñica nō q̇eſcit in hoc mūdo:
nec q̇eſcet vnq̄ꝫ in ꝑadiſo. Jdē de feſtis
ſctōꝝ q̇ quieſcunt in gl'ia: in quoꝝ feſti-
uitatibus debemꝰ q̇eſcere: vt deꝰ oꝛoni
bus ſanctoꝝ det nobis quietē guerraꝝ
moꝛtalitatū: ſiccitatū: ſterilitatū: terre-
motꝰ ⁊c. ⁊ gl'ie eterne in coꝛꝑe ⁊ aīa. De
hoc auctoꝛitas. Si auerteris a ſabbato
pedē tuū facere voluntatē tuā ī die ſctō
meo: ⁊ vocauerꝭ ſabbatū delicatū ⁊ ſctm̄
dñi gl'ioſuꝫ: ⁊ gloꝛificaueris eū dū nō fa
cis vias tuas: ⁊ nō inuenit̄ volūtas tua
vt loquaris ſmonē tuū. tūc delectaberꝭ
ſuꝑ dño: ⁊ ſuſtollā te ſuꝑ altitudines ter
re ⁊ cibabo te hereditate iacob pr̄is tui.
Os em̄ dñi locutū eſt. Eſa. lviij. Jn qua
auctoꝛitate ponunt̄ q̇nq́ꝫ modi q̇eſcendi
ad bñ ſuandū quietem feſti. Primꝰ ibi.
Si auerteris a ſabbato pedē tuū. ſ. non
ambulādo ī die feſto ꝓ aliq̄ re t̄pali: ſed
bñ lꝫ ābulare ꝓ re ſpūali: ſcꝫ ꝓmiſſa vel
ſmone audiēdo. Scḋs ibi. Facere volū
tatē tuā in die ſancto meo: ſi auerterꝭ fa
cere voluntatē tuā. ſ. ne pecces ī die ſctō
meo: q2 voluntas ĩclinat ad maluꝫ ⁊ ad
pctm̄: qḋ maxime fit in die feſto qm̄ ſunt
multi q̇ ꝑ totā hebdomadā ſunt occupa
ti: ⁊ viuūt bñ: ⁊ ſine pctō ſed in die feſto
q̇dā vadūt ad ludū palme: q̇daꝫ ad ta-
bernā: q̇dā ad lupanar ⁊ tñ minꝰ pecca
rent arando agrū. Jdē de mulieribꝰ q̄ in
tra hebdomadā curāt de domo: de fami
lia: de filijs. ⁊ ſic de alijs. Sꝫ in die feſto
tūc peccant oꝛnādo ſe ⁊c. Tertiꝰ ibi. Et
vocaueris ſabbatū delicatū ⁊ ſctm̄ dñi
gl'ioſuꝫ. Nō em̄ ſufficit abſtinere ſe a la
boꝛe et a pctīs: ſed dꝫ diē feſtū ſctificare
ſcꝫ dare elemoſynā: venire ad miſſaꝫ: et
ſmonē audire: oꝛare ⁊c. Quartꝰ eſt. Et
gl'ificaueris eū dū nō facis vias tuas. i.
oꝑa tua ſm officiū qḋ habes. Si es ſu-
toꝛ nō facies ſotulares. Quītꝰ ibi. Et nō
loq̄ris ſmonē ⁊c. Qḋ dupl'r intelligitur.
Primo q2 nullꝰ dꝫ loq̇ in eccl'ia dū fit offi-
cium ⁊c. Jō eſt bonū ſuere os in īgreſſu
eccl'ie. Etiā mulieres q̄ ō tota hebdoma
da ſe nō vidēt qñ ꝯueniūt tūc in eccl'ia ſe
interrogant. Quō valetis: q̇d facitis ⁊c.
Jtē de veſte vel pāno ⁊c. vñ melius eſſet
doꝛmire in domo. Scḋo intelligit̄ ne lo
quaris ſmonē tuū. ſ. iudicando ꝓximū.
Sunt multi q̇ in die feſto neſciunt ſe oc-
cupare in oꝑibus ſpūalibꝰ poſt prandiū
ſꝫ ſtant ī poꝛta aut ſedēt iudicādo ⁊ ob-
loquēdo de trāſeūtibꝰ: de religioſis: de
clericꝭ: ō mulieribꝰ dicēdo. Jā cognoſcit̄
in pede q̄lis eſt mulier iſta. De his dicit
dauid. Aduerſuꝫ me loq̄bant̄ q̇ ſedebāt
in poꝛta. Sꝫ poſſes q̄rere illi q̇ ſuāt bñ
feſta q̇d ſūt hituri. Rñdet ꝓpha. Tūc de-
lectaberꝭ ſuꝑ dño q2 q̇ bñ cuſtodit feſta
viuit lete: ⁊ ſuſtollā te ⁊c. dādo vitā et̄nā.
⁊ cibabo te hereditate iacob dādo bona

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



Quartũ crimẽ fuit falſitatis dicendo ꝙ non eẽt rex meſſias: ꝛ ꝙ ipſe falſe faciebat ſe regẽ meſſiam. Jo. vij. Quidã dicebant qꝛ bon⁹ eſt: qꝛ ꝑdicabat bona. Alij nõ ſꝫ ſeducit turbas cũ ſua eloq̃ntia. Vñ cũ xp̃s ſe excuſabat de tertio crimie q̃dã dicebãt adinuicẽ. Nõne iſte eſt quem iudei volunt occidere: ecce palã loquit̃ et nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt ꝑncipes qꝛ hic eſt xp̃s. Sed hũc ſcimus vñ ſit. xp̃s aũt cũ venerit nemo ſcit vñ ſit. Xp̃s aũt excuſãdo ſe clamauit di. Et me ſcitis ꝛ vñ ſim ſcitis. Et a meipo nõ veni: ſed eſt ver⁹ q̃ miſit me quẽ vos neſcitis: ſed ego ſcio eũ. Et ſi dixero: neſcio eũ: ero ſilis vobis mendax. Sꝫ ſcio eũ qꝛ ab ipo ſum: et ipe me miſit. Querebãt ergo eum cõprehendere: ꝛ nemo miſit in illũ man⁹ qꝛ nonduꝫ venerat hora ei⁹. Nota me ſcitis. ſ. in q̃ſtũ erat hõ: qꝛ in q̃ſtuꝫ hõ ſciebãt vñ erat: qꝛ de bethleẽ nat⁹ et mater ei⁹ maria. Sꝫ inquantum de⁹ neſciebãt vñ eſſet. Et hec v̾ba eo dicẽte de turba multi crediderũt in eũ nõ de maiorib⁹ ſed de ſimplicib⁹. Moral'r q̃ñ dr̃ ꝙ de turba multi crediderũt in eũ diceret aliquis: ꝛ nũquid maiores erãt aptiores ex ſcientia acq̃ſita vt crederẽt in xp̃m. R̃ñſio. Quidã illuminãtur a ſole quidam non illuminãtur: qꝛ tenent feneſtras clauſas. Sic q̃ñ maiores ſunt indeuoti tenent portã clauſam: ideo radius diuine gratie non itrat: qꝛ inflãtur ex ſcientia. Vñ. j. Cor. viij. Scientia inflat: ſed ſimplices q̃ ſine preſumptiõe audiunt verbum dei: et tenent portã intellectus apertã ſunt aptiores ad illuminationem. Ideo radi⁹ diuine gr̃e intrat in eos ꝛ illuminat eos. Ideo xp̃s dicit. Jo. ix. in iudiciũ ego in hũc mundũ veni: vt qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Cui dixerunt phariſei. Nũquid et nos ceci ſum⁹. Dixit eis. Si ceci eſſetis pctm̃ non haberetis. Nũc vero quia dicitis: videm⁹: peccatum veſtrũ manet. Nota non videntes ſcꝫ ignorãtes ꝛ ſimplices videant et q̃ vident ſcꝫ per intellectum naturalem ꝛ ſciam acq̃ſitam ceci fiant. Oremus ergo nos deũ vt taleꝫ credulitatẽ nobis concedat per quaꝫ ad regnum celorum poſſim⁹ ꝑuenire. Amen.

## ¶ Feria. iiij. poſt Letare. Sermo vnic⁹.

Procidẽs adorauit eũ. Joã. ix. Sermo nr̃ erit de ſancto euãgelio hodierno qḋ ꝯtinet vnũ magnũ et pulchrũ miraculũ quod fecit xp̃s de illuminatione cuiuſdã ceci a natiuitate ſꝫ ꝑmo ſalutet̃ v̾go maria ꝛc. Totũ ſctm̃ euangelium conſiſtit in tribus punctis.

Primũ eſt operatio miraculoſa.

Secundũ eſt impugnatio malicioſa.

Tertium eſt approbatio gratioſa.

¶ Et de iſto tertio q̃ñ cecus a xp̃o illuminatus approbauit miraculũ adorando xp̃m: dicit thema. Procidens adorauit eum: ecce approbatio gratioſa. Primũ qḋ oñdit̃ in ſancto euãgelio eſt op̾atio miraculoſa de qua dicit euangeliuꝫ. Preteriens ieſus ſcꝫ exiens de templo vidit hoĩeꝫ cecum a natiuitate q̃ ſtabat ibi mendicãs: ꝛ cognoſcebat̃ ab oĩbus: quẽ xp̃s vidit. glo. Chryſoſtomi. i. attente reſpexit: ex cui⁹ aſpectu ap̃li ſumpſerunt occaſionẽ ꝛ motiuũ iterrogãdi xp̃ꝫ dicentes. rabbi q̃s peccauit hic aut parẽtes ei⁹ vt cecus naſceret̃. Nõ q̃rebãt an illa pena veniret ex peccato: qꝛ hoc ſupponebant ſꝫ q̃rebãt pro quo peccato. Uidetur ꝙ apoſtoli eſſent de opinione amicorum. Job q̃ dicebãt ꝙ oĩa mala et infirmitates eueniũt hoĩ ex pctis: cui⁹ oppoſitũ dicebat. Job. Non peccaui et in amaritudinib⁹ moratur ocl's me⁹. Job. xvij. Xp̃s volẽs apoſtolos extrahere de illa opiniõe r̃ñdit di. Neqꜫ hic peccauit neqꜫ parentes eius: ſed vt manifeſtent̃ op̾a dei in illo. Nota ꝙ xp̃s non negat ſimpliciter quin filij patiant̃ aliquando ex peccatis parentum maxime in corpe qḋ habent a parẽtibus: immo dicit beatus Hiero. ꝙ peccata ſecreta parentum que cõmittunt in cameris: manifeſtant̃ multoties in punitionibus filiorũ. Exo. xx. Ego ſum dñs deus tuus fortis ꝛ zelotes viſitans iniquitateꝫ patrũ i filios in tertiã ꝛ quartam gñationẽ. Itẽ Eſa. xiiij. Preparate filios ei⁹ occiſioni in iniquitate patrũ eoꝝ. Eze. xviij. Fili⁹ non portabit iniquitatẽ patris: ꝛ hoc q̃ſtum ad aiaꝫ: ſꝫ bñ quãtũ ad corp⁹: qꝛ de⁹ nũq̃ punit aiaꝫ filij directe ex pctõ patris tm̃. Vñ dicit ibidem. Ecce oẽs ale mee



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſunt vt aīa patris ita ꝛ filij mea eſt. Aīa
que peccauerit ipſa morietᵣ. Ezec. xviij.
Sed iſte cecus non ex peccato parentuꝫ
nec ſuis cecᵘ natᵘ eſt ſꝫ vt manifeſtentur
opa dei in illo. Nota opa in plurali nu
mero. Nā qn̄ infans innocens patitᵣ q̄t-
tuoꝛ opa dei manifeſtantᵣ. Primo mani
feſtatᵣ opᵘ iuſtitie. Dicūt doctores theo
logi. ꝙ primi parentes fuerunt formati
in iuſtitia originali: ꝛ lꝫ corpᵘ ſit paſſibi-
le naturalr tn̄ deus dederat iſtā gratiaꝫ
ade: qꝛ ꝙdiu ipſe fuiſſet obediēs deo et
corpᵘ obediret etiā anime ꝛ ꝙ corpᵘ non
pateretur aliqḋ malū: ſꝫ qꝛ adā fuit ino-
bediēs deo. ꝑpter hoc corpᵘ ꝑdidit grāꝫ
et remāſit in ſua miſeria ꝛ paſſibilitate.
Qn̄ ergo videbitis infantē aliqḋ maluꝫ
patientē: ibi manifeſtatᵣ diuina iuſtitia:
qꝛ ex peccato ade corpa patiūtur iuſte.
Ideo dauid: ꝛ iuſtitia illius in filios fi-
liorum ꝛc. Iō in iſto ceco fuit defectus
alicuiᵘ principij nature: vt opᵘ diuine iu
ſtitie in ipſo manfeſtaretur. Secūdo in
infante patiente manifeſtatᵣ opᵘ diuine
mie: qꝛ vitat peccata: vn̄ ꝙdiu hic cecus
caruit viſu: mlta peccata vitauit q̄ com-
mittuntur oculis: ꝛ erat humilis ꝛ mere
batur ex patientia. Iō Abacuch. iij. Cū
iratus fueris: mie recordaberis. Tertio
manifeſtatᵣ opᵘ pnie: qꝛ qn̄ pctōꝛ videt ꝙ
ille qui eſt innocens patitᵣ dicit intra ſe.
O miſer q̄d erit de me. Quarto manife-
ſtatur opus gratie dei quādo deus vult
illum curare miraculoſe. Sic xp̄s cura-
uit hunc cecuꝫ miraculoſe. Iō dicit. Me
opꝫ operari opera eius q̄ miſit me do-
nec dies eſt. Hic xp̄s vocat ſuā preſentiā
ſolē: q̄ facit diē clarā: ꝛ ſuā abſentiā per
mortē corporalē vocat noctē: dicit glᵗ. me
opꝫ opari. ſ. miraculoſe opa eius q̄ miſit
me. ſ. p̄ris: donec dies eſt. i. ꝙdiu ſuꝫ pa
tris. Uenit nox. ſ. mortis et paſſiōis mee
quando nemo pōt opari. ſ. miraculoſe. ꝛ
poſt mortē xp̄i precibᵘ ſanctoꝝ apoſto-
loꝝ xp̄s faciebat miracula. Iō dauid.
Confitemini dn̄o dn̄oꝝ: qm̄ in ſeculum
mia eiᵘ. Nota quō xp̄s curando cecum
illum ſeruabat ſepteꝫ cerimonias. Pria
qꝛ reſpexit eū attente: ſcda fuit apoſtolo
rum iterrogatio. tertia expuit xp̄s in ter
ram. q̄rta fecit lutū ex ſputo. quita lini-
uit ſup ocłos eiᵘ. ſexta miſit ipꝫ ad nata
toriā ſyloe: ſeptima fuit lauatio in dictā
natatoria. Quare tot cerimonias ꝛ circū-
ſtantias voluit ſeruare: cum ſolo impe-
rio potuiſſet illum illuminare: ſicut legi
tur de quodam ceco. Luc. xviij. cui dixit
xp̄s. Quid tibi vis faciā. Rn̄dit cecus.
Dn̄e vt videā. Dixit illi ieſus. Reſpice:
et ſtatim vidit quare ergo in iſto tenuit
tot cerimonias. Reſpōſio ꝙ xp̄s taliter
voluit illuminare cecū illū: vt daret exē
plū cuilibet pctōri ceco qualr dꝫ illumi-
nari. Nota quō q̄libet i pctō mortali exi
ſtens eſt cecᵘ: qꝛ nō videt piculuꝫ in quo
eſt caſurus ſubito in foueā inferni. Iteꝫ
qꝛ modo cadit hic de pctō in pctm̄. Un-
de de pctōribus dicit ꝑpheta. Ambula
būt vt ceci: qꝛ dn̄o peccauerūt. Sopho-
nie. i. Iō ad illuminandū pctōrem neceſ-
ſarie ſunt predicte cerimonie a xp̄o ſer-
uate in illuminatione illiᵘ ceci. Pria vi-
dit ih̄s. i. attente reſpexit. Ecce h̄ pecca-
torū cognitio q̄ venit ex xp̄i aſpectu: vt
patuit in Petro: q̄ nocte paſſiōis nega-
uit xp̄m ter: nec recognoſcebat pctm̄ ſuū
quouſqꝫ xp̄s eū reſpexit. Lu. xxij. Cōuer
ſus ieſus reſpexit petrū. Et recordatᵘ eſt
petrᵘ vbi dn̄i ſicut dixerat. Priuſqꝫ gal-
lus cātet ter me negabis. Et egreſſus fo
ras fleuit amare. Ecce quō aſpectᵘ xp̄i
eſt neceſſariᵘ ad cognitionē pctōꝝ. Ideo
petebat dauid. Reſpice i me ꝛ miſerere
mei: qꝛ vnicᵘ ꝛ pauꝑ ſum ego. p̄s. xxiiij.
nota vnicᵘ. i. ſolᵘ a q̄ receſſit deᵘ q̄ an̄ pec
catū fuit cum eo. Scd̄a circunſtātia fuit
apłoꝝ interrogatio. Rabbi ꝛc. In q̄ on̄-
ditur pctōꝝ ꝯtritio: q̄ nō eſt niſi cordis
interrogatio ſiue diſputatio: q̄re pctōr ex
cōtritione dicit intra ſe. O miſer q̄d feci:
tot peccata ꝯmiſi: q̄d erit de aīa mea: tot
bona amiſi ꝛc. nota hic ſimilitudineꝫ de
illo mercatore qui in nundinis emit va-
ſa de lauro ꝑ auro: ꝛ ocłos piſciū ꝑ mar
garitis: ꝑ q̄bus dedit totū qḋ habebat.
Qui on̄dit merces ſuas amicis ſuis qui
dicebāt quō fuit deceptᵘ: ꝛ qḋ illud ni-
hil valebat: q̄ nō deſperauit: qꝛ ſperabat
de p̄re ſuo diuite: ſed reprehendebat ſe
dicēs. O miſer q̄re nō petebā ꝯſiliū: ita
ſtulte feci facta mea. Sic ſunt etiā multi
hodie ſtulti mercatores in mundo: q̄ cre
dunt emere vaſa aurea ſcilicet honores
dignitates que tamen nihil valēt. Item

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

delectationes carnales credũt eſſe mar=
garitas ſed qñ illuminant a dño ⁊ vidẽt
ſe deceptos tũc ſperãt in xp̃o ſicut in pa
tre diuite. Pz ergo q̃uo ↄtritio nõ eſt ni
ſi q̃ſtio increpatiua ſuypſius. Ideo Iob
xiiij. in pſona pctõris dicit. Quantas ha
beo iniquitates ⁊ pctã: ſcelera mea atq̃
delicta oſtẽde mihi. Ubi ponit quattuor
differẽtias pctõꝝ. Prima eſt iniq̃tates. i.
nõ eq̃tates: q̃ ſunt pctã q̃ fiũt cõtra ꝓxi=
mũ ⁊ tñ de⁹ vult ꝙ ſcim⁹ equales in di=
lectiõe. Scḋa eſt ibi ⁊ pctã: que ſunt de
factis q̃ fiunt cõtra ꝓpriũ corp⁹: vt luxu
ria: gula: accidia. Ideo pctã dicũt quaſi
pecuduz acta. Tertia ibi: ſcelera: q̃ ſunt
ſcẽlera q̃ fiunt directe ↄ deũ: vt blaſphe=
mia. Quarta ibi: ⁊ delicta que ſunt de fa
ctis q̃ fiunt cõtra aiam: vt ſupbia auari=
cia: ira: ⁊ inuidia. Ideo dilecta quaſi de=
relicta: q: his defectibus aia miſera de=
relinquit. Ecce quare dicit: quantas ⁊c.
Tertia circũſtantia quare xp̃s expuit in
terrã. Ecce hic oris cõfeſſio q̃ nõ eſt niſi
pctã abijcere ⁊ ſtomachũ aie a pctis pur
gare. Et in hoc oſtẽdit modus cõfitẽdi
q̃uo pctõr dz ire flexis genib⁹ corã ↄfeſ=
ſore: ⁊ ibi expuere ⁊ ꝓijcere iſtas immũ=
dicias de pctis fetidis faciẽdo ſibi vim
ad expellendũ pctã. Ecce quare xp̃s ex=
puit in terrã. Dic ↄ illos qui expuũt ſup
altare q̃ appodiati ↄfitent: ibi ↄfeſſor cũ
ſit iudex dz ſedere. Quidã aũt expuunt
nec in terrã nec in altaria: ſed in faciẽ cõ
feſſoris ipm reſpiciẽdo: q̃d malũ eſt pro=
ter duo. Primo ꝓpter verecũdiã pecca=
toris. Scḋo ꝓpter periculũ ↄfeſſoris re=
cipiẽtis in facie pulchre mulieris ⁊c. Iõ
dr pctõribus. Si cõfiteamur pctã nr̃a fi=
delis ⁊ iuſtus eſt de⁹ vt remittat nobis
pctã nr̃a ⁊ emũdet nos ab omni iniq̃tate
j. Io. j. Quarta fecit lutũ ex ſputo. Ecce
hic penitẽtie iniũctio: q: prudẽs ↄfeſſor
debet miſcere ſputũ peccatoris cũ terra.
i. cognoſcere grauitatẽ peccatorũ: vt iu=
xta ↄditionẽ ⁊ qualitatẽ perſone ⁊ quã=
titatẽ pctõrum ſciat ꝓportionare peni=
tẽtiã quã pctõr poſſet facere. Deut. xxv.
Pro mẽſura pcti erit et plagaꝝ modus.
Itẽ dr de pctõrib⁹ q̃ñtũ glificauit ſe pec=
cator ⁊ in delitijs fuit tñ date illi tormẽ
tum ⁊ luctũ. Apoc. xviij. Quinta liniuit
oculos ei⁹ nõ dicit puniuit: ſed liniuit ſcz
dupliciter in quo oſtẽdit dulcis ammo=
nitio: quã debet facere cõfeſſor. ſ. liniẽdo
oculos aie peccatoris: ipſum ad penitẽ=
tiã inducẽdo: q: melius eſt hic facere pe
nitẽtiã q̃ȝ in alio mũdo. Ideo dz dicere
cõfeſſor peccatori. Quodcũq̃ facere põt
manus tua inſtanter opare: q: nec opus
nec ratio nec ſapiẽtia nec ſcientia erunt
apud iferos. Eccl's. ix. Sexta eſt. Uade
⁊ lauare in natatoria ſyloe. Ecce hic pe
nitentie aſſumpte cõtinuatio. ſ. de die in
diez: de hebdomada in hebdomadã ⁊c.
quouſq̃ mutet ſibi ꝑ aliũ ↄfeſſorẽ alias
niſi penitẽtia teneat pctõr damnat. ideo
dr. In ptes vade ſeculi ſcti cũ viuis ⁊ dã
tib⁹ ↄfeſſionẽ deo. Nõ demoreris i erro
re impioꝝ: ante mortẽ ↄfitere. A mortuo
quaſi nihil perit cõfeſſio. Cõfiteberis vi
uẽs: viuus ⁊ ſan⁹ ↄfiteberis ⁊ laudabis
deũ et glorificaberis in miſerationibus
eius. Eccl'i. xvij. ſeculi ſancti. i. peniten=
tiales ptes ſeculi damnati ſunt peccata.
Septima cerimonia eſt. Abijt ⁊ lauit et
vidit. Syloe interp̃tat miſſus. Ecce hic
eucharíſtie cõio. Ex quo pctõr fecit ſex
opa p̃dicta dz ire ad natatoriaz ſyloe. i.
ad eccl'iam xp̃i: qui eſt miſſus a patre: iõ
a xp̃o miſſo dr miſſa in qua lauant aie ⁊
natãt cõtemplãdo ꝓfunditatẽ ſacramẽ=
ti. Ideo modo peccator cecus illuminat
iuxta illud. j. Reg. xiiij. Uideris ꝙ oculi
mei illumiati ſunt de melle iſto. ſ. de cor
pore xp̃i dulciſſimo. Scḋs punctus euã=
gelij eſt de malicioſa ipugnatiõe. Quat=
tuor impugnatiões ſeu examiatiões fe=
cerũt iudei de illuminatiõe ceci. Prima
fuit vitioꝝ: ſcḋa phariſeorum. tertia fuit
parentũ. quarta fuit p̃ncipiũ. Quãtũ ad
primũ notandũ ꝙ poſtq̃ȝ vicini viderũt
ipm q̃ fuerat cec⁹ veniẽtem ſine ductore
⁊ ſine baculo: ⁊ ꝙ videbat clare dixerũt
ad inuicẽ. Nõne hic eſt q̃ ſedebat ⁊ mẽ=
dicabat: alij dicebãt ꝙ hic eſt alij ꝙ nõ:
ſed ſil'is ei eſt. Ipſe aũt dicebat: q: ego
ſum ⁊c. Quãtũ ad ſcḋm que fuit phari=
ſeoꝝ: q̃ audito facto interrogauerũt ipm
q̃uo vidiſſet. Qui narrauit eis totũ mo=
dũ di. Ille homo qui dicit ieſus fecit lu=
tum ex ſputo: ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ di=
xit mihi vade ad natatoria ſyloe ⁊ laua
Et abij ⁊ laui ⁊ vidi. ideo duxerũt eũ ad
phariſeos. Erat autem ſabbatuz. Qui=



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



bus dixit ſimiliter. Tūc phariſei dixerūt
de xp̄o. No eſt hic hō a deo q̇ ſabbatum
nō cuſtodit. Alij dicebāt: quō pōt homo
pctōꝛ hec ſigna facere ⁊ ſciſma erat inter
eos. Tertia examinatio fuit parētū qui-
bus dixerūt phariſei. Eſt hic filiꝰ veſter
quē dicitis: qꝛ cecꝰ eſt natꝰ. Quō ḡ nunc
videt. Qui rn̄derunt. Scimꝰ qꝛ hic eſt fi-
lius noſter: ⁊ qꝛ cecꝰ natꝰ eſt: quō aūt vi-
deat neſcimꝰ: ip̄m interrogate etatē hȝ:
ipſe de ſe loquat̄. Hoc aūt dicebāt: qꝛ ti-
mebāt iudeos: qꝛ parētes ꝓpter ſn̄iam
excōicatiōis quā poſuerūt iudei nō fue-
rūt auſi dicere q̊s eū illumiauerat: ⁊ fuit
cōpletū ſignū qd̄ dederat Eſa. xxxv. Ue-
niet deꝰ ⁊ tūc aperient̄ oculi cecoꝝ. Quar-
ta impugnatio fuit p̄ncipiū legis ad q̊s
fuit ductꝰ cecus illuminatꝰ. Qui dixerūt
ſibi. Da gloriā deo. i. nō dicas ꝙ ille hō-
te illuminauit: qꝛ peccatoꝛ eſt. Qui rn̄dit
Si pctōꝛ eſt neſcio. Unū ſcio qꝛ cū cecus
eſſem video. Dixerūt ergo. Quid fecit ti-
bi: dixi vobis ⁊c. Nunq̇d vultis diſcipu-
li eius fieri. Maledixerūt ei ⁊ dixerunt.
Tu diſcipulus eius ſcis: nos aūt moyſi
diſcipuli ſumus. Nos ſcimus: qꝛ moyſi
locutus eſt deus: hunc aūt neſcimus vn̄
ſit. Quibus ille. In hoc em̄ mirabile eſt:
qꝛ neſcimus vn̄ ſit: ⁊ apuit oculos meos.
Scimꝰ aūt qꝛ pctōres deꝰ nō exaudit: ſȝ
ſi q̊s dei cultoꝛ eſt ⁊ voluntatē eius facit
hūc exaudit. Rn̄derūt. In pctis natus es
totus ⁊ tu doces nos. ⁊ eiecerūt eū foras
excōicando ip̄m. Hic cecus illuminatus
fuit ſctūs homo vocatus ſanctus Cedo-
nius: q̇ cū maria magdalena: martha: et
lazaro venit ad ꝓuiciā marcille ⁊c. Mo-
raliter hic cecus a xp̄o illuminatꝰ ſigāt
peccatorē a xp̄o illumiatū reducēdo ip̄m
ꝑ pn̄iam de tenebris pctōꝝ ad claritatē
⁊ lumē gr̄e. Qui impugnat̄ ⁊ examinat̄
a q̄ttuoꝛ. Prīo a vicinis. Dic qn̄ religio-
ſus vel ſacerdos: vir ſiue mulier ꝯuertit̄
ad deū: ſtatim vicini ⁊ alij ip̄m ipugnāt
truffando: deridēdo: intm̄ ꝙ iaȝ cōpletū
eſt dictū ipſiꝰ dauid. Facti ſumꝰ oppro-
briū vicinis nr̄is. ps. lxxviij. Sūt iā mul-
ti q̇ iſto tp̄e nō audēt incipe bonā vitaȝ:
quibꝰ dicit xp̄s ꝯſolādo. Beati eritis cū
vos oderint hoies. Lu. vj. Scd̄o impu-
gnat̄ a phariſeis. i. ab inclinationibꝰ car-
nis q̄ diuidūt nos a deo. Gal. v. caro cō-
cu. aduer. ſp̄m. Uel a phariſeis. i. a demō-
nibꝰ q̇ ſunt diuiſi a deo a paradiſo: a no-
bis q̇ nos ipugnāt tētādo: mō de fide: mō
de auaricia: luxuria ⁊c. vt retrahāt hoieȝ
a bona vita icepta: ſȝ pctōꝛ dȝ ſe fortiter
tenere ⁊ gaudēter recipe tales tētatiōes
Jac. j. Oīe gaudiū exiſtimate fr̄es mei
cū in tētatiōes varias incideritiſ: ſciētes
ꝙ ꝓbatio fidei veſtre patientiā operat̄:
patientia aūt opus ꝑfectū habeat vt ſi-
tis perfecti ⁊ integri in nullo deficiētes.
Greg. illos tētare negligit: quos quieto
iure ſe poſſidere ſentit. Aug. Noli exiſti-
mare te abſq̄ tentatiōe viuere: nā ſi vna
carueris: aliā expecta: ſi aūt dixeriſ te nō
habere tentationē: tūc fortius tentaris.
Tertia tētatio a parētibꝰ. i. ab infirmita-
tibus: doloribꝰ ⁊c. q̄s habemꝰ a parētibꝰ
noſtris. ſ. adā ⁊ eua: qꝛ qn̄ hō nō vincit̄
deriſionibꝰ ⁊ tētatiōibꝰ demonū poſt ve-
niūt infirmitates: doloꝛes: ⁊ hmōi q̇bus
cōpellimur ire ad deū: ideo dauid. Mul-
tiplicate ſunt īfirmitates eoꝝ: poſtea ac-
celerauerūt. ſ. ire ad deū. ps. xv. vn̄ Gre.
Mala q̄ nos hic premūt ad deuȝ ire cō-
pellūt. ij. Coꝝ. xij. Libēter gl'iaboꝛ ī in-
firmitatibus meis vt inhabitet ī me vir-
tus xp̄i. Quarta impugnatio eſt a p̄nci-
pibus. i. a dn̄is tp̄alibꝰ: q̇ volūt bona ha-
bere tp̄alia deuotaꝝ ꝑſonaꝝ. Prima im-
pugnatio tāgit famā: dicēdo hypocrita
⁊c. ſcd̄a tāgit aiam: tertia corpꝰ: quarta
bona tp̄alia: qꝛ qn̄ ꝑſona vult bn̄ viuere
⁊ ſeruire deo ſtatiȝ veniūt q̄ōnes litigia
ꝯ bona quouſq̄ repellit̄ ab eis. Ideo eſt
neceſſaria patiētia. ij. tim̄. iij. Oēs q̇ pie
volūt viuere in xp̄o: perſecutionē patiē-
tur. Uel dic ꝙ q̄rta ipugnatio eſt a p̄nci-
pibus. i. demonibꝰ q̇ tentant ⁊c. vt. ſ. Jō
ap̄ls Ephe. vlti. Cōfortamini in dn̄o et
in potētia ꝟtutis eiꝰ. Induite armaturaȝ
dei vt poſſitiſ ſtare aduerſus iſidias dia-
boli: qm̄ nō eſt nobis colluctatio aduer-
ſus carnē ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus p̄nci-
pes ⁊ ptātes ⁊c. Tertius punctus eſt de
approbatione miraculi gratioſa: de qua
dicit thema. Procidēs ado. eum. Poſtq̄
aūt p̄dictus cecus illuminatus fuit a iu-
deis eiectus ⁊ excōicatus nullꝰ audebat
eū recipe in domo: nec etiā parētes. nec
loqui cū ip̄o: nec dare ſibi lumē: nec aliđ
q̇ intra ſe dixit. O miſer ſi poſſeȝ inueni-

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



re illū ſctm̄ ꝓphetā ieſum q̄ me illumina-
uit ad minus eſſem de ſocietate ſua. xp̄s
aūt ſciēs ſuā tribulationē ⁊ ſuū bonum
deſideriū venit ei obuiā dicēs. Tu cre-
dis in filiū dei. Qui r̄ndit dicēs. Quis eſt
dn̄e vt credā in eū. Dixit ei ieſus. Et vi
diſti eū: ⁊ q̄ loquit̄ tecū ipſe eſt. At ille.
Credo dn̄e: ⁊ ꝓcidēs adorauit eū. Quē
xp̄s recepit i ſuā ſocietatē. Qui potuit di
cere cū dauid. Pater meus ⁊ mater mea
dereliquerūt me: dn̄s aūt aſſumpſit me.
Moraliter habem⁹ hic doctrinā q: ſicut
iſte nō dubitauit recedere ab infidelib⁹
vt eſſet de ſocietate xp̄i: ſic nec nos. No-
ta hic cōtra mercatores q̄ faciunt ſocie-
tatē cū infidelib⁹ ꝯ quos dicit ſcriptura
ſctā. Nolite iugū. i. ſocietatē ducere cum
infidelibus. ij. Cor. vj. Queſtio quā fa-
ciūt agareni: q: ipſi tenēt ⁊ poſſident ter
rā ſanctā ideo nō ſunt extirpādi ⁊c. R̄n-
ſio: verū eſt q: de⁹ vult q illa terra poti⁹
poſſideat̄ ab agarenis q̄ a xp̄ianis. R̄ō
ad maiorē ꝯfuſionē agarenoꝝ ⁊ excuſa
tionē xp̄ianoꝝ q: antiquit⁹ agareni erāt
xp̄iani q̄ fuerūt decepti a ſergio ⁊ macho
meto: q̄ tenēt q xp̄s nō fuit de⁹ ⁊ q̄n xp̄ia
ni ex deuotiōe vadūt illuc: ipſi oſtēdunt
xp̄ianis locū in quo xp̄s illuminauit ce-
cū: ⁊ ſuſcitauit mortuū ⁊c. q̄ quidē mira-
cula nō p̄nt fieri niſi a ſolo deo. Itē dicūt
q nō debent baptizari in nōie trinitatis
t̄n ibi oſtēdunt locū vbi xp̄s fuit baptiza
tus ⁊ tota trinitas fuit oſtēſa quam ipſi
negāt. Itē nō credūt ſacramētū altaris
cū ibi oſtēdāt locū vbi xp̄s fecit cenā et
inſtituit hoc ſacramētū. Item nō credūt
xp̄m paſſum fuiſſe: mortuū nec ſepultū
t̄n ibi oſtendunt xp̄ianis locum paſſio-
nis: mortis: ⁊ ſanctū ſepulchrū ad eorū
cōfuſionē: q: oſtēdunt q̄d ibi nō credūt.
Jō dicit dauid i ꝑſona ppl'i xp̄iani. Fac
mecū ſignū in bonū vt videāt q̄ me ode-
rūt. ſ. agareni ⁊ ꝯfundant̄ ⁊c. Sc̄do aga
reni tenēt illā p̄riā ad excuſationē xp̄ia
noꝝ. Q̄m null⁹ pōt ſe excuſare de pct̄is
Eccl's. vij. Nō eſt hō iuſtus ſuper terrā
q̄ faciat bonum ⁊ nō peccet. Et xp̄s non
vult q̄d xp̄iani faciant pctā mala in illa
ſancta terra. Si dicat̄ quare ergo ſuſti-
net q agareni faciāt ibi peccata. R̄ndeo
q: non t̄m ſibi diſplicet ſicut de xp̄ianis.
Sicut rex q̄ ſuſtinet q canes in camera
ſua faciāt aliquā imūdiciā: q̄d non ſuſti
neret de filijs vel militib⁹. Sic illa terra
ſancta eſt camera dei vbi p̄mittit q ca-
nes faciāt imūdicias peccatoꝝ ſed non
permittit de filijs. ſ. xp̄ianis. vnde illa to
ta patria fuit iā xp̄ianoꝝ: ſed q: ibi fa-
ciebāt peccata: ideo dixit deus: foras: fo
ras. Itē dixit xp̄s. Lu. xxj. Hierl'm calca
bit̄ a gentibus. Tertio agareni tenēt il-
lā terrā ad ꝯſolationē xp̄ianoꝝ: q̄m per
hoc innuit̄ q illa patria nō eſt finis xp̄ia-
norum: ſicut fuit iudeorum. Sed patria
celeſtis eſt finis xp̄ianoꝝ nobis acquiſi
ta merito paſſionis xp̄i: ideo ap̄ls Heb.
vltī. Non habemus hic manentem ciui
tatem: ſed futuram inquirimus. Ad quā
nos perducat ieſus ⁊c.

¶ Fer. v. poſt Letare. Sermo vnicus.

DEus viſitauit
plebē ſuā. Luc. vij. Sermo
erit de ſctō euang. Et habe
bim⁹ multas bonas doctri
nas ⁊c. Sed p̄mo ſalutet̄ virgo maria.
Deus viſitauit ⁊c. In p̄nti ſermone vo-
lo ſeruare modū iuriſtaꝝ q̄ primo ponūt
caſum legis. Deinde mouēt q̄ōnes ⁊ fa
ciūt determinatiōes: ⁊ hūc modū tenet
gratian⁹ in ſc̄da parte decreti: ſic faciā
mō in ſchola xp̄i. Primo ponā caſum le-
gis diuine ſiue decretalis euāgelice. Di
catur hiſtoria euangelij ad literam. Sed
in iſto caſu legis notaui tres q̄ōnes.

Primam in principio.
Secundam in medio.
Tertiā in fine pro noſtra bona infor
matione ⁊ inſtructione.

¶ Primo quare xp̄s voluit ſuſcitare illū
iuuenē publice coram oī populo. Ratio
huius queſtionis eſt q: legit̄ Mat. ix. q
q̄n voluit ſuſcitare puellā mortuā filiā
principis ſynagoge eiecit oēs de came-
ra ⁊ ſuſcitauit ipſam ſecrete ⁊c. R̄ō q: di-
cit Greg. q̄d oīs xp̄i actio noſtra fuit in-
ſtructio. Vn̄ ſuſcitatio corporalis quam
fecit in mortuis figurabat ſuſcitationem
ſp̄ualem quā facit xp̄s de pctōribus per
p̄niam. Vn̄ puella que ſecrete ⁊ in came
ra iacebat mortua ſecrete ipſam ſuſcita-
uit ad oſtendēdū nobis q peccata ſecre
ta nō debēt publicari: ſed ſecrete p̄nte pa
tre. ſ. ꝯfeſſore ⁊ matre. ſ. autoritate eccle-



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſie. Puella.i.aīa q̄ ſecrete iacet mortua ī
camera cōſciētie ſecrete eſt ſuſcitāda au
ctoritas. Sedebit ſolitariꝰ ⁊ tacebit: qꝛ
leuauit ſe ſupra ſe. Threñ.iij. No. ſede=
bit.ſ.quieſcēdo:a pc̄tis ceſſando:qꝛ leua
uit ſe ſupra ſe ⁊ nō ſupra alios publice ⁊
notorie peccādo:nec alios ſcādalizādo.
Uerbigrā. Si quis in corde ſuo ſecrete
eſt ſupbus :p̄ſumptuoſus elatꝰ ⁊c. ⁊ ex=
tra nihil oſtēdit.tūc puella.i. aīa ſecrete
iacet mortua.Modꝰ reſurgēdi eſt ſecre=
te humiliari ꝑ ꝯtritionē:ꝯfeſſionē: ⁊ ōrō=
nē. Idē de auaro q̄ ſecrete facit furtum
vſurā ⁊c.ſufficit ſecreta pn̄ia.ſ. ꝯteri ⁊ cō
fiteri ⁊ reſtituere ſecrete.Idē de luxurio
ſo q̄ ſecrete peccat ſ3 ad extra nil ſcit̄: im
mo reputat̄ bonus ⁊c.tali ſufficit ſecre=
ta pn̄ia:ꝯteri:ꝯfiteri: recedere a mala ſo
cietate ſic ſuſcitat̄ ſecrete de morte culpe
ad vitā grē.Idē de inuidia quā tenēt ſe
crete in corde:de odio de mala volūtate
de rācore.de deſiderio vīdicte: nō tenet̄
petere veniā niſi adeo ſecrete ex quo nō
cōſtat de mala volūtate.Ecce quare di=
cit ſedebit.Sed qꝛ xp̄s inuenit iſtū iuue
nē mortuū publice ⁊ notorie: iō publice
corā oībus ip̄m ſuſcitauit. In quo oſten
dit xp̄s:ꝙ pctōres publici ⁊ notorij ꝑ pu
blicā ⁊ notoriā pn̄iam ſunt ſuſcitādi de
morte culpe ad vitā grē: qꝛ talibꝰ noto=
rie pctōribꝰ nō ſufficit ſecreta pn̄ia. imo
dicit ſcriptura ſctā. q̄3 bonū eſt correptū
manifeſtare pn̄iam ſic em̄ effugies volū
tariū pctm̄.Eccl'i.xx.q̄3 bonū imo eſt ne=
ceſſariū manifeſtare pn̄iam: qꝛ nō ſuffi=
cit ſupbo vano ⁊ pōpoſo notorio ⁊publi
co ꝙ faciat ſecretā pn̄iam:ſ3 notoriā qđ
deponat ornamēta vana:cornua: mani=
cas:caudas:vt illi q̄ de hoc fuerūt ſcan=
dalizati bñ edificent̄ vī. O benedictus
deus ⁊ q̄ūo eſt bene reductꝰ talis homo.
Idē de vſurario notorio:q̄ publice mu=
tuat decē ꝓ duodecim vel vēdit minꝰ ꝓ=
pter denarios promptos:vel vēdit plus
ꝓpt̄ denarios ſperatos ⁊ ſic ꝺ alijs ſpe=
ciebꝰ vſure.tali nō ſufficit ſecreta pn̄ia ſ3
publica vt ſatiſfaciat oībus publice. idē
de publicꝭ raptoribꝰ de notorijs luxurio
ſis ⁊ ꝯcubinarijs nō ſufficit ſecrete ꝯfite=
ri:ſ3 publice expellere malā ſocietatē de
domo nec ſufficit dicere ꝯfeſſori: decete=
ro cauebo ⁊c.nolo ip̄a3 expellere de do=
mo:qꝛ iret ad lupanar:qꝛ tūc ip̄a ſe dā=
naret ⁊ vos nō.iō op3 expellere vt ſcāda
lizati de mala vr̄a vita edificent̄.Idē de
mala volūtate ⁊ inimicitia notoria ⁊ pu=
blica q̄ totā p̄riā ꝯmouit:qꝛ tali nō ſuffi=
cit ſecreta pn̄ia:ſed qđ faciat pacem pu=
blice cū laude dei ⁊ edificatiōe ppl'i. Re
gula eſt gn̄alis in oībꝰ pc̄tis ꝙ in ſecretꝭ
ſufficit pn̄ia ſecreta: ſ3 in notorio reqrit̄
pn̄ia notoria.Scđa q̄ſtio eſt ſup hoc qđ
dicit. Acceſſit ⁊ tetigit loculū.hi aute3 q̄
portabāt ſteterūt. Certū eſt ꝙ xp̄s ſolo
v̄bo ip̄erādo poterat iſtū ſuſcitare qua=
re ergo acceſſit ⁊ tetigit dicēs illis q̄ ip̄m
portabāt vt eū deponerēt: qꝛ abſq3 hoc
poterat ip̄m ſuſcitare. Rn̄deo:ꝙ xp̄s fe=
cit hoc ad oſtēdēdū ꝙ ſi pctōr mortuꝰ d3
ſuſcitari de morte culpe ad vitā grē.op3
ꝙ portatores qui portāt eiꝰ aīa3 in ifer
no ip̄m deponāt. Not. ꝙ quattuor por=
tāt pctōrem ad ſepulturā inferni duo añ
⁊ duo retro: primus eſt mala ꝯſuetudo:
ſcđs eſt mala ſocietas:tertiꝰ ē vana glīa
ſiue ꝯfidētia:q̄rtus eſt falſa ſpes. Primꝰ
portator a parte añ đr mala ꝯſuetudo q̄
multas aīas portat ad ifernū.Uerbigrā
qñ aliqs infirmat̄ vel ſi ꝑdit aliqđ: vel ſi
ſint maleficiati vel ꝓ filijs habēdis ſta=
tim recurrūt ad diuinos:⁊ qñ de hoc re=
prehēdunt̄ a ꝯfeſſore vel ab alijs: rn̄dēt
ꝯſuetudo eſt qđ eſt maiꝰ pctm̄ q̄3 homici
diū:qꝛ eſt ꝯ̄ p̄ceptum p̄me tabule.Itē qñ
rep̄hendunt̄ de iuramēto:blaſphemia ⁊
ſic de alijs di.cōſuetudo eſt. Not.modū
corrigēdi hoc vitiū primꝰ cōuenit paren
tibus nutriēdo filios bene ⁊c.ſcđs cuili=
bet iponēdo ſibi aliquā penā ꝓ tali pctō
⁊c.tertius cōuenit dn̄is ⁊ rectoribꝰ faciē
do ordinationē cū pena ⁊c. Idē de fra=
ctione feſtiuitatū tenēdo ferias:forū cō=
tractus ⁊c.di. conſuetudo eſt:immo cō=
tra leges:⁊ cōtra legem dei q̄3to ꝯſuetu
do eſt longior:tāto peccare eſt grauius.
Itē qñ reprehendunt̄ de vſura: rn̄dēt cō
ſuetudo eſt mutuare decē ꝓ duodeci ⁊c.
Idē dicūt illi q̄ vadūt ad lupanaria cō=
ſuetudo eſt.Idē dicūt mulieres qñ rep=
hēdunt̄ de vanitatibꝰ ornamētorū:cau=
daꝝ manicaꝝ ⁊c.di.ꝯſuetudo ē ꝙ mulie
res ornēt ſe.Idē dicūt religioſi qñ rep̄hē
dunt̄ de eſu carniū:de veſtibꝰ: ꝺ camiſia
cōſuetudo eſt.O iſte portator ducit aīas

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ad infernū cū quadrigis:qꝛ mala conſue
tudo vertit̄ in naturā.Dicūt phi ꝙ cōſue
tudo eſt altera natura ꝛc.qꝛ difficile eſt
aſſueta relinquere.Jō de malis aſſuetis
dicit ſcriptura.Si mutare pt ethiops pel
lem ſuā:aut pardus varietates ſuas : et
vos poteritꝫ bn̄ facere cū didiceritis ma
lū.Hier.xiij.Scd̄s portator eſt mala ſo=
cietas.O quot aīe dānant̄ ex mala ſocie
tate:qm̄ poma corrupta ꝛ putrida corrū=
pūt oīa alia:ſic etiā corrūpit mala ſocie=
tas oēs alios de ſocietate:ꝛ oēs ſimul bo
ni nō pn̄t corruptū ſanare.Et ſicut lepro
ſus corrūpit aliū:ſic mala mulier corrum
pit pl'es alias mulieres.iō foras ꝓijciat̄.
Idē de mala pſona luxurioſa q̄ ē i parro
chia vl' i collegio vl' monaſterio vl' eccl'ia
qm̄ luxuria ē morb⁹ ꝯtagioſus.Nota h̄
de illa meretrice ſecreta q̄ itra annū fecit
lxx.meretrices i quadā ciuitate:iō recto=
res debēt ſup hoc ꝓuidere:ꝛ lupanaria
pticularia extirpare.In lib.de ordie q̄rit
Aug.vtꝝ lupanaria pn̄t ſuſtineri a dn̄is
ꝛ rectoribus ſine pctō.Dicit ꝙ ſic:qꝛ ſunt
in remediū di.Aufer meretrices de mun
do:ꝛ totū turbabis libidinibus.O quot
ſunt lenōes ꝛ meretrices q̄ dimitterēt pec
cata ſꝫ nō pmittūt lenones:iō dānant̄ ex
mala ſocietate.Itē q̄t cōcubinarij dicen=
tes qūo dimittā iſtā quā diligo pluſq̄ me
ꝛc.ad infernū oēs.Cōtra hāc malā ſocie
tatē de⁹ p̄cepit moyſi di.Precipe filijs iſ=
rael vt eijciāt de caſtris oēm leproſuꝫ ꝛ q̄
ſemine fluit pollutuſq; eſt ſup mortuo tā
maſculū q̄ȝ feminam eijcite de caſtris ne
contaminēt ea cū habitauerint vobiſcuꝫ
Nūeri.v.Ubi p̄cepit tres ꝯditiōes gētiū
ſeparari a ſocietate.ſ.leproſuꝫ ꝛ q̄ ſemie
fluit.ſ.meretrix:ꝛ pollutū ſup mortuo.ſ.
lenonē.Tertius eſt vana confidentia.ſ.
de lōga vita:ſed ſtultitia eſt confidere in
incerto.No.quō iuuenes de quocūq; ſta
tu tam religioſorū q̄ȝ clericoꝝ q̄ȝ etiā lai
corū viroꝝ ſiue mulieꝝ ſi ſunt diſſoluti:
et dicit̄ eis.Quare nō ſeruatis ordinē:vl'
quare nō facitꝫ pniam:ꝛc.Rn̄dēt bn̄ qn̄
ero ſenex faciā:ꝛ interi moriunt̄:ꝛ ducūt̄
ad infernū ꝓpter vanam ꝯfidētiā. O iſte
portator ꝙ iuuenes ducit ad infernū.Ta
libus ꝯtingit vt mulioni q̄ habebat quat
tuor mulos bonos:q̄s vēdidit cōfidens
de quinto debiliori cui ipoſuit totū onus
ſed nō potuit portare ꝛ moriebat̄ ꝛc.Sic
q̄libet nr̄m hꝫ quattuor mulos bonos.ſ.
infantiā puericiā:adoleſcētiā:ꝛ iuuentu=
tē quos vēdim⁹ diabolo ꝯfidentes de ſe=
nectute peccādo ad quam ſi aliq̄d attin=
guunt habent ſatis agere ꝙ pn̄t viuere ꝛ
qūo tūc facerēt pniam:ꝛ Jō auiſetis iuue
nes nō expectet ſanus infirmitatē:ſꝫ ſta
tim incipere dꝫ bene facere. Ideo dicit
ſcriptura ſancta.Non tardes ꝯuerti ad
dn̄m:ꝛ ne differas de die in diē.Subito
veniet ira illi⁹ ꝛ tpe vindicte diſpdet te.
Eccl'i.v.Nota craſtinātes q̄b⁹ accidit vt
falconi impinguato q̄ nō vult venire ad
dn̄m ipm̄ vocantē:ꝛ dn̄s mittit lapidem
poſt eū ꝛ eū occidit:ꝛ ꝓijcit in ſterq̄linio.
Sic dn̄s noſter ieſus xp̄s vocat nos di=
cēs.Uenite ad me oēs ꝑ viā pnie:ꝛ craſti
nās dicit.Cras vadā:ꝛ ſic de alijs.De q̄
iratus dn̄s mittit lapidē mortis:ꝛ ꝓijcit
in ſterquiliniū inferni. Jō dicit. Nō tar
des cōuerti ꝛc.Quart⁹ portator eſt falſa
ſpes quem habent peccatores de miſeri
cordia dei dicētes qꝛ de⁹ eſt miſericors:
q̄ pepcit latroni.magdalene ꝛc.ita ꝙ de
miſericordia dei faciūt inſtrumētum ad
peccādū libere.Dicūt ſancti doctores ꝙ
hec non eſt ſpes ſed preſumptio vana et
falſa:ꝛ eſt pctm̄ ꝯtra ſpm̄ ſctm̄.Peccator
qui penitet de peccatis conterit̄ confitet̄
ꝓponit nō redire.talis poteſt ſperare et
confidere de miſericordia dei ꝙ dimittet
ſibi ſua peccata:qꝛ multū eſt miſericors
erga penitētes:ſed impenitētes q̄ quoti=
die addunt mala malis:ꝛ peccata pecca
tis:nec dolēt de peccatis:nec volūt reſti=
tuere nec remittere iniurias:nō opꝫ ipos
confidere nec ſperare de dei miſericordia
quoniam ſicut eſt miſericors penitentib⁹
ita eſt rigoroſus impenitentib⁹:intantuꝫ
ꝙ ſi virgo maria:oēs angeli ꝛ oēs ſancti
orarēt ꝓ vno peccatore impenitēte:nihil
a xp̄o obtinerent:O iſte portator q̄t aīas
ducit ad infernū ſepeliēdas.Jō dicit ſcri
ptura.Ne dicas miſeratio dn̄i magna ē
multitudinis peccatorū meoꝝ miſerebit̄
Miſericordia eīn ꝛ ira ab illo cito appro
ximant:ꝛ in peccatores reſpicit ira illius
Eccl'.v.Et ideo dicit papa i bullis idul=
gentiaꝝ ꝙ poſſunt abſolui a peccatis ꝛc.
niſi de illis q̄ cōmiſerūt ex confidentia il
lius bulle.Idē de alijs q̄ peccant ſub ſpe



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



diuine mīe. Ecce quare ꝑcepit xp̄s porta
toribus vt ipm̄ deponerēt anteq̄ ſuſcita
ret eū. Ephe.v. Surge q̄ dormis ⁊ exur=
ge a mortuis: ⁊ illuminabit te xp̄s. Ter=
tia qō̄ eſt ſup hoc qđ dicit the. Deꝰ viſita
uit plebē ſuā: querit̄ de q̄ viſitatiōe loqui
tur thema: qm̄ i ſacra ſcripura īueniunt̄
tres notabiles viſitatiōes di i hoc mūdo
pria eſt ꝑterita ſcđa p̄ſens: tertia futura.
Pria fuit de mīa copioſa: ſcđa fuit de grā
virtuoſa: tertia fiet de iuſtitia rigoroſa.
Pria fuit in xp̄i incanatiōe: tūc venit ⁊ vi
ſitauit iſtū mūdū illumināđo ipm̄: fructi
ficādo in opibꝰ ſpūalibꝰ ad inſtar ſolis:
q̄ illuminat. calefacit ⁊ fructificat. Sic de
xp̄o q̄ dr̄ ſol iuſtitie. Malachie.iiij. Vobꝫ
timētibꝰ nomē meū orieť ſol iuſtitie. Vñ
etiā dr̄ ꝟgini marie. Felix nāq̄ es ſacra
⁊c. Hic ſol iuſtificauit ⁊ illūinauit mūdū
radio ſue p̄dicatiōis i fide catholica cale
fecit i charitate: ⁊ fecit fructificare merito
rie. De iſta viſitatiōe auctoritas. Viſita=
uit nos oriēs ex alto. Illūinare his q̄ i te
nebris ⁊ in vmbra mortis ſedēt. Lu.j. De
iſta dicit thema. Deꝰ viſitauit plebē ſuā
Scđa viſitatio eſt p̄ſens quolibet die in
ſacramēto altaris: in quo venit ita rea=
liter ſicut venit in vtero matris. Hec viſi
tatio eſt ad inſtar medici qui venit ad vi
ſitandū hoſpitale infirmorū ad curandū
eos: ſic xp̄s in hoſpitale huius mundi in
quo ſunt multi infirmi venit. Quidā in=
firmant̄ in capite per ſuperbiā ⁊c. Iō ve=
nit xp̄s medicus de ſtudio paradiſi ad vi
ſitandū: practicandū: ⁊ ad ſanandū ani=
mas infirmas. Hanc viſitationē petebat
dauid di. Memento noſtri dñe in bñpla
cito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo
ps.cv. De iſta pōt dici thema đ preſenti
deus viſitauit plebē ſuā. Tertia viſitatio
erit de iuſtitia rigoroſa. ſ. i die iudicij. ad
inſtar regis qui venit ad viſitandū popu
lum ſuū in ciuitatē inordinatā rebellē cū
magno exercitu gētiū armatoꝝ ad exal=
tandū bonos: ⁊ ad humiliandū malos.
De iſta viſitatione dicit ꝓpheta. In die
illa viſitabit dñs in gladio ſuo duro grā
di ⁊ forti. Eſa.xxvij. Nota in die illa. ſ. iu
dicij vniuerſalis: viſitabit dñs in gladio
ſuo quē portabit non in manu: ſed in ore
Vñ de ore eiꝰ ꝓcedit gladiꝰ ab vtraq̄ pte
acutus: vt in ipſo percutiat gētes. Apoc.
xix. Nota ex vtraq̄ parte acutꝰ q̄r ſcindet
corpus ⁊ aiam. Mō q̄ñ homo morit̄ in iu
dicio particulari ſolū perdit aiam: ſꝫ tūc
ſcindet vtrāq̄ partē hoīs tā aiam q̄ cor
pus ad dexterā ſcidet q̄ñ dabit ſñiam ꝓ
bonis dicēs. Venite ⁊c. Mat.xxv. Ad ſini
ſtrā q̄ñ dicet malis. Diſcedite ⁊c. No. in
gladio ſuo duro q̄tū ad ſñiam malorum
grandi q̄tum ad ſñiam bonorum: ⁊ forti
q̄tuꝫ ad duratione glorie ſiue pene. Vel
duro. ſ. cōtra iudeos q̄ habent ꝓphetias
et nō credūt: ⁊ grādi. ſ. cōtra agarenos q̄
ſunt in magna multitudine ⁊ forti cōtra
malos xp̄ianos. De iſta viſitatione pōt
dici de futuro. Deus viſitabit.

¶ Feria ſexta poſt letare. Sermo vnicꝰ.

Voce magna
clamauit. Lazare veni fo=
ras: Io.xj. Hodie legit̄ euā
geliū de ſuſcitatione lazari
a chriſto facta. De hoc erit ſermo noſter
Sed primo ſalutetur virgo maria ⁊c. Vo
ce magna ⁊c. Sanctum euangelium ho=
diernū breuiter continet tres cauſas mi
rabiles de ſuſcitatione lazari.

Prima cauſa humanitus retractiua.
Secunda cauſa meritalis inductiua.
Tertia cauſa principaliter effectiua.

Et de iſta tertia dicit the. Voce magna
clamauit. ſ. ieſus imperādo dicēs. Laza
re veni foras. Prima cauſa humanitꝰ re
tractiua: ne. ſ. xp̄s faceret iſtā ſuſcitatio=
nē lazari fuit timor apoſtoloꝝ q̄ timebāt
ne lapidarent̄ in hieruſalē ⁊ diſſuadebāt
xp̄o ne iret bethaniā vbi lazarꝰ erat mor
tuꝰ q̄ eſt ꝓpe hierl̄m. Dic q̄uo terra pro=
miſſionis erat diuiſa in tres ꝓuincias. ſ.
in ꝓuinciā iudee: galilee: ⁊ ſamarie. Et in
ꝓuincia iudee xp̄s habebat multos ini=
micos: ⁊ multoties voluerūt eum interfi
cere: eo ꝙ reprehendebat pctā notoria ⁊
vitia phariſeorū principum ⁊ ſacerdotū:
⁊ q̄ñ probabat ſuā diuinitatē. Sed quia
nōdum venerat hora paſſionis ſue: nec
erat tali morte moriturꝰ: ideo receſſit de
ꝓuincia iudee ⁊ veniebat ad ꝓuinciā ga
lilee vbi diligebat̄: ⁊ interim lazarꝰ obijt
i ꝓuincia iudee ꝓpter qđ dicit xp̄s apl̄is
Eamus iteꝝ in iudeā. De q̄ apl̄i timen=
tes dixerūt xp̄o. Rabbi. nūc iudei quere
bāt te lapidare: ⁊ iterū vadis illuc. Ecce

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



hic cauſa humanitus retractiua:ſʒ indi-
recte:qꝛ humanū eſt timere mortē carna
lem. Tūc xp̄s dixit eis quō lazarus eorū
amicus erat mortuꝰ:iō volebat illuc ire.
Et ꝯtra timorē illoꝝ dixit eis. Nōne.xij.
hore ſunt diei:ſi dicat̄:ꝛ quō eſt hoc ad
ꝓpoſitū:Dico ꝙ multū bene ꝛ ſm quat
tuor intellectꝰ ſacre ſcripture:Primo ſm
intellectū literalē qn̄ dixit xp̄s iſta verba
erat eq̄noxiū vernale:qꝛ fuit paſſus.xxv.
martij:ꝛ eadē die fuerat ꝯceptus.xv.die
ante ſuā paſſionē xp̄s dixit iſta v̄ba. Nō
ne.xij.ꝛc.ꝛ tūc ad lr̄am dies habebat.xij.
horas:quaſi vellet dicere xp̄s ap̄lis.vos
debetis cogitare ꝙ rācor ſiue mala volū
tas iudeoꝝ ꝯ me iam eſt mutata qꝛ ſicut
dies ꝛ tēpus mutat̄ de hora in horā: ita
etiā cor hoīs mutat̄:qm̄ ergo iā trāſiue-
rūt nō ſolū.xij.hore:ſʒ plures dies.iō ꝛc.
Hoc dixit xp̄s rephēdendo malā opinio
nem quā habebant de iudeis:qm̄ de ꝓxi
mo ſemꝑ debet hō preſumere in meliorē
partē iuxta illud. Lu.vj. Nolite iudica-
re:ꝛ non iudicabimini. Sc̄da expoſitio.
Nōne.xij.ꝛc.eſt allegoricalis qn̄ dictum
vel factū exponit̄ de hoc qd̄ debet hō cre
dere:ſʒ iſtā expoſitionē xp̄s dr̄ dies. No
ta:qm̄ ſicut mane ꝛ veſpere faciūt vnū diē
Juxta illud. Geñ.j. Factū eſt veſper ꝛ ma
ne dies vnus. Sic deꝰ ꝛ hō faciūt vnam
perſonā xp̄i. Mane quod eſt principium
ſic etiā diuinitas eſt principiū omnium
rerū. Ego ſuʒ principiū q̄ ꝛ loquor vobis
Jo.viij. Xp̄s aūt veſpere ꝛ finis oīm fuit
incꝯtuʒ hō. Qm̄ deꝰ fecit prima die lumē
ſc̄da firmamētū:tertia planetas:quarta
ſolē ꝛ ſtellas:quinta aues ꝛ piſces:ſexta
iumēta:ſeptīa fecit hoīeʒ:Qn̄ ḡ filiꝰ dei
recepit humanitatē:tūc factū eſt veſpe ꝛ
mane dies vnꝰ.i.deꝰ ꝛ hō fctā eſt vna pſo
na. Vn̄ cātat eccl'ia. Qui mane iūctū ve-
ſperi:diē vocari ꝑcipis. De iſto dicebat
dd̄ deo pr̄i. Ordīatiōe tua pſeuerat dies
Hec dies hʒ.xij.horas.ſ.xij.ap̄los. Luc.
vj. Cū dies factꝰ eſſet.ſ.xp̄s vocauit di-
ſcip'los ſuos ꝛ elegit.xij.ex ip̄is:q̄s ap'los
noīauit Hora prima fuit.ſ.petrꝰ:ꝛ ſic de
alijs vt ibidē pʒ in textu.qn̄ ḡ dixit. Nō-
ne.xij.hore.i.xij.ap̄li ſūt diei.i.xp̄i q.d.ſi
cut hore nō dimittunt diē.ſ.naturalē:nec
dies horas:imo hore ſequunt̄ diē inſepa
rabiliter.ſic nec vos debetis me dimitte
re:nec ego vos q̄n vos defēdā ſicut feci in
nocte paſſiōis qn̄ dixit iudeis:ſi me q̄ritꝭ
ſinite hos abire.io.xviij. Ecce dies.i.quō
defēdit horas. Jō dixit pr̄i. Pr̄ q̄s dediſti
mihi:nō ꝑdidi ex eis quēꝗ̄.io.xviij. Ter
tia expoſitio ē tropologica.i.moralis ſʒ
iſtam expoſitionem dies clara eſt pn̄ia.
Rō qꝛ culpa dr̄ nox obſcura :ita gr̄a ad
quā venit homo per penitentiā dicitur
dies De hoc auctoritas. Nox preceſſit:
dies autē appropinquabit.ad Ro.xiij.
Hec dies habet.xij.horas.ſ.xij.opera pe
nitētialia. Prima hora eſt peccatoꝝ co-
gnitio:quaſi hora.j.qꝛ tūc īcipit claritas
diei ꝛ gētes ſe mutuo cognoſcūt:ſic ī pec
catorū cognitione hō ſeipſuʒ cognoſcit.
ſc̄da eſt cordis cōtritio.tertia emēdendi
ꝓpoſitio.quarta occaſionū vitatio.quin
ta oris cōfeſſio.ſexta corporis afflictio.ſe
ptima ſp̄ualis oratio.octaua elemoſyna
rum largitio.nona debitoꝝ reſtitutio.de
cima iniuriaꝝ remiſſio.xj.fame repara-
tio.xij.euchariſtie cōio. De iſta ergo die
ꝛ horis dicit xp̄s ap'lis in euāgelio. Nō-
ne.xij.hore ſunt diei.ſ.pn̄ie quas vos te
netis ſeruatis ꝛ facitis. Jō nō opʒ vos ti
mere de morte.q̄re ſubdit. Si q̄s ambu-
lauerit in die nō offendit:qꝛ lucē mūdi vi
det. Si aūt ambulauerit in nocte : offen-
dit:qꝛ lux.ſ.gr̄e nō eſt ī eo ꝛc. Quarta ex
poſitio eſt anagogicalis ab ana qd̄ ē ſur
ſuʒ ꝛ agoge ductio quaſi ſurſū ductio qn̄
dictū vel factum exponitur de ſperando.
Et ſm iſtam expoſitionem dies clara eſt
gloria celeſtis. Ratio qꝛ ibi nō ē nox nec
tenebre:nec obſcuritas ignorātie:immo
quando anima intrat paradiſum ſtatim
deus oſtendit ſibi vnū librū in quo clare
ſcit ꝛ videt oīa. Hic liber vite eſt xp̄s qui
habet duas chartas ſcʒ diuinitatis ꝛ hu
manitatis. De iſto die glorie auctoritas
in p̄o.lxxxiij. Melior eſt dies vna ī atrijs
tuis:ſuꝑ milia. Ex quo ſequit̄ talis ꝯclu
ſio ꝙ nullus ſanctus poteſt ſtare in para
diſo niſi per vnū diē. Hec vita noſtra ha
bet multos dies ꝓpter interpoſitionē no
ctis:ſʒ in paradiſo nulla nox eſt ſʒ ſemꝑ
eſt dies clariſſima illumiāta ſole iuſtitie
Hec dies habʒ.xij.horas.i.xij. beatitudi
nes.ſ.quattuor anime: quattuor corpo
ris:ꝛ quattuor compoſiti. Prima beatitu
do anime eſt ſapientia diuinoꝝ.ſecunda

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ſcientia creaturaꝝ.tertia memoria prete
ritoꝝ.quarta letitia vniuerſorū. Prima
beatitudo corporis eſt impaſſibilitas.ſe
cunda claritas.tertia ſubtilitas.quarta
